UVA. BHSC. IyR_052

2347

5-4

X52

UVA. BHSC. IyR_052

UVA. BHSC. IyR_052

Esta edición no debió verla Brunet ni si le vió
merecía calificarse de balada como lo hace de
todas las que no llevan fecha, de este autor.

UVA. BHSC. IyR_052

Eatissimo patri ꝛ clementissimo dño Pio secundo Pontifici maximo Johãnes de Turrecremata Sabinẽsis Episcopus Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Sancti Sixti Vulgariter nuncupatus post humilem recõmendationem ad pedum oscula beatorum. Perscrutanti michi studiose psalmorum librum quem alij soliloquium dicunt quod est collocutio hominis cum deo singulariter vel secum tantum: quorum vtrũq; laudãti conuenit ꝛ orãti. Alij librum ymnorũ: ymnus autẽ est laus dei cum cantico: Alij psalterium quia que intus diuina inspiratione Dauid percipiebat hec medullato carmine proferebat. Mira occurrit pulchritudo sensuum: ꝛ stillantium medicina verborũ ꝛ amplissima copia virtutum ad omnem anime perfectionez vt merito aptetur illud prophete. ps. Habũdantia in turribus tuis. i. i psalmis tuis: qui recte turres appellari possũt. Tũ propter incomprehẽsibilem altitudinẽ sapientie in eis contente Tũ propter indeficiẽtis defensionis auxiliũ quod aduersus hostiles incursus prestat hijs qui intento sensu ꝛ vigilante mẽte psalmodiã omnipotẽti deo nostro exsoluũt In hijs turribus est habũdãtia maxima vtilitatis. Plane hic psalmorũ liber registrũ est totius sacre scripture ꝛ cõsumatio totius theologie pagine. Alia nãq; sũt vt ait Augustinus q̃ prophete tradũt. Alia que historici libri. Lex quoq; alia. Alia liber prouerbiorũ. Psalmorũ vero liber q̃cũq; vtilia sunt ex omnibus continet: futura predicat. Hic eni annũciatio cristi in carnem futuri. Hic omniuz cristi misterioruz reuelatio. Hic cõmunis resurrectionis spes predicitur: suppliciorũ metus: glorie pollicitatio. Liber iste veterũ gesta cõmemorat: legez viuẽtibus tribuit: gerẽdorũ statuit modũ ꝛ vt breuiter dicã. Commu

UVA. BHSC. IyR_052

nis quidem bone doctrine Thesaurus est. Quid enim est quod nō discatur ex psalmis. Hic omnis magnitudo virtutis: norma justicie: pudicicie decor: prudentie cōsumatio: patiētie regula. Psalmodia vt ait Augustinus fugat demones: angelos in adjutoriū vocat: excitat deuotionez placat deum: impetrat veniam: hilarat animam: illuminat conscientiam. Et Cassiodorus. Psalmodia est cōsolatio flentium: cura dolētiū: sanitas egrotātiū: anime remediū: miserorū omniū refugiū. Verum hanc psalmorū vtilitatē qui pleni sunt supernis misteriis ꝙ singuli celesti dulcedine redundātes: nemo plane ꝓcipit: nemo eorum suauitatem degustare valet qui ipsorum psalmorū spūalem intelligentiam in se latentē non cōprehēderit. Non enim litterarum sacrarum cortex: sed medulla incluse sapientie est que mentem viuificat reficit atq; oblectat. Non enim putemus inquit Hieronimus in verbis scripturarum esse euangelium: sed in sensu. Non in superficie sed in medulla. Non in sermonum foliis: sed in radice rationis. Hinc Augustinus ait In omni copia scripturarū sanctarum apertis pascimur: obscuris exercemur. Hinc ad judeos littere obseruatores iquit saluator noster. jo. .v. Scrutamini scripturas: ipse testimonium perhibent de me. i. non litterarum exteriora tantum: sed intus perquirite diuinorum sensuum thesaurum qui intra fragile vasculū vilis littere tenetur inclusus. Sup isto Crisosto mus ita ait. Non ad lectionem simplicem scripturarum sed ad scrutationē exquisitam eos misit: quia que de deo dicebantur in scripturis desuper obumbrabantur: nec in superficie exprimebantur: sed vt quidam thesaurus intus recōdebantur. Hinc Augustinus in omelia quadam ait. Cum de diuinis operibus que legūtur ipso inspirāte qui fecit intellectū alicujus mistice significatiōis scrutamur q̄si de obstrusis fauicellis mella producimus: veluti xp̄i discipulos imitantes: spicas manibus cōfricamus. vt ad latētia grana perueniamus. Jam manifeste necessariam esse dinoscitur psalmorum intelligentiam: vt quis eorum

UVA. BHSC. IyR_052

ſuauitem deguſtet. Percipitur autem hec pſalmorum intelligentia aut reuelatione diuina que docet ſuggere mel de petra: oleumq; de ſaxo duriſſimo aut magiſtroruꝫ doctrina quos ad diuinam elucidandam ſapientiam ꝙ occulta producendum in lucem quaſi diuinitatis organa diuina prouidentia in eccleſia inſtitutos eſſe cognoſcimus. Ceterum Beatiſſime pater cum cõſideraſſem ꝙ temporibus iam noſtris pauci ſapientie ſtudent pauciores perſcrutandis diuinis miſteriis inſudant. Pauciſſimi qui antiquorum ſermone ſcientiaq; clariſſimorum patrum explanationes ꝙ cõmentaria ſuper pſalmos plegere curant Venit in mentem me vt inter alios ſtudij mei labores hunc interponeré: vt ex ſententijs glorioſiſſimorũ ac preclariſſimorum .ſ. Hieronimi: Auguſtini Remigij ꝙ Caſſiodori qui hunc pſalmorum librum exuberãtiſſimis fluminibus profundiſſime interpretati ſunt aliquam breuẽ compendioſamq; intelligentiam pſalmorum exculperez que preceteris a pluribus ꝙ etiam pauperibus clericis haberi poſſet ꝙ intelligi. Quod eo maxime efficere cupiebaꝫ quo augeri inde honorem dei exiſtimabam. Indubitatuꝫ habens ꝙ cum miniſtri eccleſie latétia pſalmorũ mella deguſtarent: alacriori feruentioriq; deuotione laudes domino decantarent. Sed ecce mentem meam ab hac ſcribendi cogitatione alienabat ſenectutis pondus infirmitatum frequentia: latentis in pſalmis ſapientie profũditas parabolarum quibus vallatur pene inexplicabilis obſcuritas: ꝙ ſuper omnia exiguitas ingenij ꝙ imbecillitas intellectus. Sed occurrit exaduerſo amor publice vtilitatis qui ſolus nomen difficultatis erubeſcit: qui quia vt ayt Auguſtinus nichil tã duruꝫ atqꝫ ferreũ quod nõ amoris igne vincatur. impulit me vi ſua victum ad precõceptuꝫ laboré audacter ſubeundum ſub illius fiducia q̃ ſapientie fons eſt: qui ꝙ cecis viſũ: ꝙ mutis dicendi preſtare copiaꝫ ſolet. Eſt autẽ in hac explanatione pſalterij aduertendũ: ꝙ virgule nigre non tantum ſupponuntur littere textus ſed etiã illis q̃ loco littere tãq̃ expoſitoria eius ponũtur

UVA. BHSC. IyR_052

Precor autem omnes qui huius mei laboris fructuz gustabunt: dominum exorare vt laborem ipsum a mercede vacuum non sinat: sed pro sua clemencia beata vita compenset: quam elucidantibus diuinam sapientiam scriptu sacra teste legitur promisisse. Et quia Beatissime pater Apostolice sedis judicio oia dicta mea ꝙ scripta submittere semper solitus sum: credens me non esse securum nisi sub eius militarem doctrina: hanc psalmorum explanationem sic diuina largitate studiolo meo elaboratam: Sãctitati tue in eadem sede dignissime presidenti emendãdaz corrigendamqz si opus fuerit humiliter offero: qui nõ solum auctoritate sed ingenio ꝙ sapientia prestãtissimus haberis.

UVA. BHSC. IyR_052

Psalmus Primus In quo describitur processus in beatitudinem.

Beatus vir qui non abiit/a via recta recedendo/in cõsilio impiorũ/prauis eorum machinationibus cõsentiendo/qui in via pecatorum nõ stetit/ sed vitam suã imaculata cõuersatione trãsiuit/ꝛ qui pestilẽtis dogmatis/venena nõ seminauit nec posteris pernitiose doctrine exẽpla reliquit. Sed in lege domini fuit voluntas eius/vt diuine legis mandata perficiat/ꝛ in lege eius/ad implenda/meditatur assidue/in prosperis ꝛ in aduersis nõ tantum lectione legis sed jugi obseruatione sãctitatis Et erit tanquã lignũ quod plantatum est secus fluenta aquarum/virore diuine gracie semper viuus: qui bonorum operũ plenitudine fecundus/fructuz dabit tempore vite sue/dignũ felicitatis eterne. Et verba eius nõ defluent/a veritate in mendacium: ne in cassum sine vtilitate: sed ad aliorum eruditionẽ ꝛ salutem proficient/ꝛ oĩa q̃cũq; faciet semp prosperabuntur/ sibi ad cõsecutionẽ vite eterne. Non sic impij nõ sic sed tanq̃ puluis/ infecundus ꝛ siccus ab humore diuine gratie/quem aura diaboli proicit a facie/stabilitatis eterne. Ideo/ q̃a sunt sicut puluis/nõ resurgẽt impii/ .s. infideles/in judicio/discussionis vt examinẽtur: q̃a non credẽtes penis certissimis iaz judicati sũt/neqz peccatores/professione cristiani: sed minoribus peccatis obnoxij resurgẽt/in cõgregatione justorũ/q̃a nõ admittẽtur ad vitã eternã ad quã justi cõgregabũtur. Quoniã nouit dñs/noticia approbationis/viaz justorum vt pote quia munda splẽdida. ꝛ delectabilis. q̃a expedita via ad beatitudinem/Iter autẽ impiorũz/ nõ approbat. sed reprobat. ut pote quia imundum tenebrosum ꝛ triste deducens in perditionem.

Psalmus secundus in quo de machinatione ꝛ re

UVA. BHSC. IyR_052

bellione molientium contra regnum xpi ⁊ de ipsius cristi excellentia ⁊ dignitate.

Prophetа admirans maliciam persecutorum xpi quaz preuidebat spiritu: ait.

Quare fremuerunt] more ferarum sine ratione] gētiles] romani milites crucifixores xpi] ⁊ populi] iudeorū] meditati sunt inania] credētes per xpi mortem extinguere nomē ⁊ famā ⁊ regnū eius. Astiterunt] huic malicie prebentes fauorē/Herodes ⁊ Pilatus/sacrilegis mentibus in hoc scelere cōsentientes: ⁊ sacerdotum] principes conuenerunt in vna praua voluntate aduersus dominum] deū patrē] ⁊ aduersus xpm] filium] eius]. Dicētes. Dirūpamus vincula]. s. doctrinā ⁊ miracula ⁊ promissiones quibus xpus ⁊ eius discipuli nos sibi astringere volunt: demusqz operam vt diruptis vinculis] proiciamus a nobis dominium ipsorū]. Et dñs] Qui habitat in celis]. s. in sanctis] reddet illos dignos irrisione ⁊ subsanatione] in futuro: ⁊ ostendet illis inania esse meditatos: cunctis gentibus jugo xpiane religionis colla sua subicientibus Tūc] in futuro iudicio] loq̄tur ad ad eos] eorum malicam increpans ⁊ vindicte sententiaz in eos proferens. quā executioni demādans] in furore] i. acerbissimis penis] eos] puniens in anima ⁊ in corpore cōturbabit]. Nox christi. Iniuste judei vincula mandatorū meorum dirumpere ⁊ legis mee juguz meditati sūt abicere. Quoniā Ego] cristus] cōstitutus sum] adeo patre] rex] cui obediendū est] super syon] ecclesiam iudeoruz. predicans] in ea] legē eius] Non tantum sup syon: ⁊ sup iudeos rex sum constitutus: sed etiā super omnes gentes dñiuz habeo: tā jure hereditario q̄ meritorio Hereditario quidē Quoniā. Dominus] pater meus qui vniuersoruz dominus est] dixit ad me filius meus] naturalis singularis: ⁊ cōsubstantialis] es tu ego eternaliter genui te] Jure autē meritorio super omnes gentes dominiuz habeo: quoniam dominus deus pater dixit ad me. Postula a

UVA. BHSC. IyR_052

me] passionis tue merito: quā pro totius humani generis salute assumes [gentes ꝛ dabo tibi] eas [in hereditatē tuā] vt scilicet copulentur nomini cristiano: quas tamē vt de us mecum possides [ꝛ dabo possessionez tuā terminos or bis terrarum. Reges eos potestate ꝛ inflexibili iusti/cia] ꝛ eos qui nō receperūt disciplinā tuam [cēteres eos] quosdam ad correctionē: vt de infidelibus fideles effician tur: quosdam ad eternam dāpnationez. ita leuiter [sicut fi guli vasa] leuiter cōfringūtur. Propheta reges terre mo nens vt omnes cristum debito venerentur ait. Et nunc reges terre intelligite] quantus sit ipse cristus: ℣ ex/celsus ℣ potens [ꝛ scitote vos qui alios iudicatis] vos ha bere superiorem qui nō tantum vniuerse terre sed etiam celorum dominus est. Seruite domino in timore] filiali [ꝛ exultate ei per deuotionem [cū tremore] tamē: ne exul tatio effundatur in dissolutionē: aut negligentes redderet Apprehendite disciplinam] cristi. quasi munimē clipei cōtra noxia vicia profecturum ꝛ subicite vos humiliter ei [nequādo deus] pater [irascatur ꝛ separemini a via iusta .s. a celesti rege cristo: qui est via recte ambulantium ad vitā. dux euntium. iter ad beatitudinē festinātium. Cum exarserit subito ira eius] in vindictam impiorū in die ju dicij [beati qui confidunt in domino] quia eos non solus non attinget ira dei: sed ad beatitudinem per dei graciaz peruenient eternam vbi bonorum omnium summa est.

Psalmus Tercius In quo de passione ꝛ resurrectione cristi.

Homo cristus admirās cur tot persecutores habeat ait sic ad deum.

Domine cur multiplicati sunt qui tribulant me] doleo de cecitate eorum qui .saluta re suum ita obstinatis mētibus respuunt: miruz est enim qa nichil ab eis promeruj [multi insurgunt]. vt obstinato animo deprimāt me: detrahentes ꝛ falsuz testi monium ferētes [aduersum me] Multi dicunt] de meis

UVA. BHSC. IyR_052

persecutoribus: vt audatius me persequãtur [dicunt mi/chi] non saluabit eum ille qué sibi deum facit nec filius dei est vt ipse dicit. Verüptamen [cótra tot persecutores tu es refugium meum [qui susceptor es] mee humanitatis in vnitate diuine persone [et gloria mea] tecum vna é qui ita ab alto defigis mentez meã vt nulla passione vincatur. Et hoc ideo quia. [Voce] cordis mei [ad dominũ clamaui et exaudiuit me de sublimitate justicie sue] Justũ enim erat vt innocenté occisum et cui retributa sunt mala pro bonis resuscitaret a mortuis: et donaret i celis omnium creaturarum principatum. Exaudiuit auté me in hoc dominus q. Ego dormiui] sponte nõ coactus et somnum cepi in morte voluntate mea [et soporatus sum] securus in mente quiescens nullã habens cõscientiã peccati [et exurrexi] diuinitatis virtute q̃ naturaz in qua passus sum [susceperat in vnitate persone. Et ꝙa dominus suscepit me in protectione sua. Non timebo milia populi circundãtis me] pendenté in cruce et ideo [exurge dñe] ostẽde potentiam tuã [et saluum me fac] non solũ faciẽdo me resurgere a morte: sed etiam inimicos meos exterminãdo. Et sic factum est. [Quoniã tu percussisti] per Titum et vespasianum [oés] iudeos [aduersantes michi sine causa] et maledica verborum eorum q̃bus dilacerabant me et mẽbra mea [in irritum perduxisti] Vnde patet. Quoniam solius. [Domini é salus] et ideo o dñe sit [benedictio tua super populum tuũ] de te salutem sperãtem nõ ab alio.

Psalmus Quartus In quo exhortatur vir iustus ad bonam operationem. Vox ecclesie in tribulatione posite.

Am inuocarem] deum in auxilium meum [exaudiuit] vel secundum aliam litteram [exaudisti me deus justicie mee] actor et remunerator qui [in tribulacione] ab angustijs tristicie [in latitudiné] gaudiorum [eduxisti me]. Miserere mei] cótra miserias hu/

UVA. BHSC. IyR_052

ius vite: tã pene ꝑ culpe ⁊ exaudi orationem meã vt in me cepta perficiantur. Vox prophete increpãtis iudeos ⁊ paganos ⁊ omnes in peccatis perseuerãtes. Fili hominum qui secundum hominẽ viuitis nó secundũ deum usquequo aggrauatum ⁊ depressum infidelitate ⁊ pondere iniquitatis cor habetis vt q̃d diligitis vanitatem qua peritis: colendo ydola que vana sunt in quibus nó est veritas quoniã vere dij non sunt vt quid tam ardenti desiderio queritis terrena que mendacia sunt decipiunt eni amatores suos quia non faciunt quod promittunt. s. felices. Vos judei ⁊ pagani ceteriqz peccatores nolite infidelitate detineri ⁊ vana huius seculi sequi: sed cõuertimini ad cristum. Scientes quoniã dominus deus pater cristum suum sanctũ sanctorum mirabilem ⁊ glorioſum ostẽdit tercia die resuscitando a mortuis ⁊ ad dexterã suaz collocando per quẽ deus pater exaudiet me cum bonis operibus sue diuinitati supplicauero. Nolite dico querere mẽdaciuz sed. Erascimini vobismetipsis vt horreatis quod fecistis ⁊ vlterius peccare desistite ⁊ si vos peccare contingat cõpungimini per penitentiam: ⁊ de hijs que tractatis in cordibus vestris vt sunt cogitationes male: ⁊ de hijs que in cubilibus vestris operamini vt sũt opera carnis. Quia vero iusticia exigit vt penitens satisfaciat pro peccatis sequitur. Sacrificate o vos penitẽtes. i. afferte sacrificium non pecudum sed iusticie. i. opera satisfactionis post penitentie lamẽta ⁊ sperate in domino de recipiendo pro talibus ⁊ peccatorum veniã ⁊ beatitudinis eterne premium licet multi stulti carnaliter sapiẽtes in suorum pecatorum excusationẽ quasi dubitantes que sint opera iusticie querunt quis ostendit nobis cognoscere huiusmodi bona. Propheta ostendit tales nó veraciter sed false dicere se ignorare que sint justicie opera Quia signatum est super nos in superiori parte anime nostre in qua tibi similes sumus lumen naturalis rationis quod est quedã impressio ⁊ irradiatio luminis vultus tui quod sufficienter ostendit nobis que sunt opera

UVA. BHSC. IyR_052

justicie ita vt per ignorantiā iusticie nullus potest se ex/
cusare a peccato per quod lumen quo te cognoscimus ⌊de
disti leticiam⌋ spiritualē ⌊in corde meo⌋. Sed mali nō in
tus in spiritualibus bonis sed foris in tēporalibus delec
tantur ⌊A fructu frumenti vini ⁊ olei sui⌋ aliarumqꝫ re
rum tēporaliū ⌊multiplicati⌋ dilatati ⁊ exaltati putantes
in hijs esse cōsumatum bonū. Vir autē bonus in spiritu
alibus exultans dicit contra humanos tumultus ⁊ felici
tates caducas. In pace⌋ mentis ⌊dormiam⌋ quā habere nō
possunt qui secularibus actibus implicātur hinc oblitus
mundi tendens ⌊inidipsuꝫ⌋ summū bonum tandē ⌊requies
cam⌋ in futuro in pace immutabilis eternitatis. Ideo re
quiescam secure. ⌊Quoniam tu dñe in⌋ vna ⌊spe⌋ firmissi
ma qua ⌊singulariter⌋ in vnuꝫ ⁊ verum bonum speratur
⌊constituisti me⌋.

Psalmus. v. In quo de hijs quibus
acq̄ritur hereditas eterne beatitudinis.

Erba oris mei percipe domine ⁊ intellige⌋ in
telligentia approbationis cordis mei affectum
quo ad te clamo. Exaudi orationē meaꝫ rex me
us⌋ specialem curā ⁊ protectionē ⌊⁊ deus meus⌋ quē soluꝫ
veneror vero cultu religionis vtpote creatorē meū. Et
si aliquando oraui ⁊ non sum exauditus: non tamen ora
re desistam. Quoniā ad te orabo domine ⁊ cum tenebre
peccatorum fugere ceperint exaudies vocē meam⌋. Per
acta erroris mei nocte ⁊ discedentibus tenebris quas mi
chi peccatis meis feci. ⌊Mane⌋ religiose deuotionis ob/
seruatione continua ⌊astabo tibi⌋ in te sūmo bono beatitu
dinē querens ⌊⁊ intelligam non placet tibi iniquitas⌋ sed
a solo mundo corde conspiceris. Non habitabit⌋ in pre/
senti per gratiam nec in futuro per gloriam ⌊in societate
tua malignus nec permanebūt iniusti ante oculos tuos⌋
quia reprobi eicientur a consortio sanctoruꝫ ⁊ visione sui
cōditoris: tolletur enī impius ne videat gloriā dei. Odi
sti omnes qui operantur iniquitatē⌋ in malicia sua perse

UVA. BHSC. IyR_052

uerantes⁊ et perdes omnes qui locũtur mendaciũ⁊ perni/
ciosum ⁊ potissime mendaciũ in doctrina cristiane religi
onis. Virum sanguinũ⁊ qui humano cruore polluitur⁊⁊
virum dolis ⁊ mendatijs⁊ alios ducẽtem in errorẽ⁊ abho/
minabitur dominus ego autem in multa misericordia
tua⁊ cõfisus nõ meis meritis Introibo in domũ⁊ glorie
tue. sed prius⁊ adorabo te⁊ hic in ecclesia tua sancta⁊ timo
re⁊ reuerẽtiali. Domine dedue me⁊ ad eterna gaudia: q̃a
diuersis fatigor angustijs: ⁊ hoc peto nõ solum ex sola mi
sericordia: sed⁊ in tua iusticia⁊ que exigit ꝙ sicut dãpnas
impios: ita remuneras iustos⁊ propter inimicos meos⁊
confundẽdos: qui me post se trahere conantur⁊ dirige ope
ra mea vt in cõspectu tuo⁊ sint grata et accepta: vt per ea
ad celestẽ patriam merear peruenire. Opus est vt diri/
gas vias meas. Quoniã non est in ore⁊ aduersariorũ me
orum⁊ veritas⁊ quia falsa loquuntur de cristo⁊ cor eniz eo
rum vanum est⁊ recte in ore eorũ non est veritas: quoruz
cor vanitas possidebat lingua enim imperio cordis natu
rali ordine famulatur. Fetida / turpia. Huttur eoruz
exalat vt sepulchra⁊ mortuorũ patentia ad corrumpẽduz
alios: ⁊ si nõ proficiũt⁊ linguis suis⁊ mali⁊ dolose agũt⁊ mẽ
dacijs: ⁊ blanda adulatione alios seducẽtes: sentiãt te do/
mine iudicẽ vt timeant. Frustrentur a cogitationibus
suis⁊ vt nõ possint deducere ad effectũ quod male cogitãt
⁊ ⁊ vt merentur impietates eoruz⁊ expelle eos longe ab he
reditate eterna⁊ quoniã irritauerũt te domine⁊ peccãdo cõ
tra te. Econtra. Letentur⁊ in futuro de habita heredi
tate⁊ oẽs q̃ sperãt⁊ modo⁊ li te⁊ ⁊ certe⁊ ieternũ exultabũt⁊
quia habebũt te⁊ habitatorẽ⁊ in cordibus suis: hec est eter
na exultatio beatorũ cũ templum dei fient. O magna in/
effabilis largitas donatoris quid simile potest concedi ꝙ
vbi cognoscitur rerũ dominus ipse cõcedi. Et gloriabun
tur in te⁊ fonte omnis boni⁊ qui diligũt nomẽ tuũ quoni
am tu⁊ exuberantissima largitate⁊ benedices iusto. Do/
mine⁊ tua bona voluntate nõ iusticia nostra⁊ tanq̃ scuto⁊
rotundo quod supra pectus positum protegit. ⁊ capiti su/

UVA. BHSC. IyR_052

propositū coronat. Ita nos hic protegis contra mala presentia. ⁊ in futuro coronas gloria sēpiterna.

Psalmus. vj. In quo monet peccatorē ad penitētiā timore futuri iudicij.

Territus peccator immanitate suorū peccatorū ⁊ horrore futuri iudicij p̄catur ne eternaliter dampnetur dicēs

Domine] qui in potestate magna et maiestate ad iudiciū venturus es Lne in furore tuo puni/
d as me]. i. secundū rigorem tue iusticie: sed magis secundū dulcorē tue misericordie. Non arguas me domine in furore tuo. sed Miserere mei] in p̄senti misericordiā impendendo. et opus est L quoniam infirmus sum] et fragilitate nature et mole peccatorū. O clementia magna creatoris: a iudice percipimus quid dicere debeamus: docuit pietatem petere: ne nos iusticia possit assumere L sana me] per tuam misericordiam quoniam infirmitas mea adeo conculcauit q̄ vsq̄ ad robur et vires anime peruenit. Cura me o sapientissime medice. quia Anima mea] conualescentibus morbis L turbata est valde] territa districtione iudicij L vsquequo tu domine] differs conferre sanitatem egroto. noli differre qui vsq̄ ad finem preces supplicū non soles obliuisci. Conuertere ergo domine] qui prius eras aduersus propter peccata mea L et eripe animam meam] peccatis ligatam ab imminenti supplicio quod debetur errantibus L saluum me fac] non meritis meis. sed L propter] multam L misericordiam tuam] Sic festino curari. Quoniaꝫ post mortem non est qui memor sit tui] memoria fructuosa ad salutē L nec in inferno confitebitur tibi aliquis] confessione ad veniam: quia ibi nulla est spes venie aut redemptionis. Miserere mei domine: cum iam penitentiam fecerim de peccatis meis. Laborauī enim in gemitu meo] pre angustia cordis mei cōsiderans quid feci si hoc paruꝫ sit L lauabo] in secreto conscientiam L lacrimis meis] discurrendo per

UVA. BHSC. IyR_052

ſingula peccata que noctes dicuntur ꝙ inundãtia lacrimarum mearum cumulum peccatorum diſſoluaz. Turbatus eſt oculus/ mentis mee/ ab ira dei/ vindicãtis per quã ſupplicia timeo peccatoribus preparata/ quia in veteris hominis ade antiquitate permanſi inter omnes inimicos meos/ ſiue inter ſpiritus diabolicos: ſiue inter peccata q̃ omnia aduerſa ſunt michi. Anima penitentis peracta penitentia preſumens de venia refugit conſortia male viuentiũ dicens. Diſcedite a me omnes/ tam parui q̃ magni/ qui operamini iniquitatem/ inducentes me ad peccatum: ſocietatem enim veſtram amplius nolo/ quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei/ pro peccatis commiſſis. Exaudiuit dominus deprecationem meam/ remouendo mala ne deinceps peccem/ ꝙ dominus orationẽ meam ſuſcepit/ tribuendo michi virtutes quibus perueniaz ad reguũ eius. Omnes inimici mei erubeſcãt/ de actibus ſuis pernicioſis quia mali ſunt/ conturbẽtur vehemẽter/ timore diuini indicij ad penitẽtiam/ conuertantur/ a malis ne permittantur ire quo tendunt/ ꝙ erubeſcant/ coraz oculis domini/ valde velociter/ non differentes conuerſionem ſuam de die in diem.

Pſalmus .vij. In quo vir iuſtus petit ab omnibus perſecutionibus liberari.

Domine deus meus in te ſperaui/ non in virtu
d te mea: non in viribus meis. ſed in auxilio gratie tue. ideoq; ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me/ vicijs diabolo ꝙ malis hominibus/ ꝙ libera me/ de omnibus bijs liberuz me reddendo Ne aliquando rapiat/ diabolus/ vt leo/ rugiens/ animaz meam/ quam profecto rapiet: niſi tu qui potẽs es/ redimeris ꝙ ſaluã feceris/ Prophęta de ſua liberatione loquẽs ait. Domine deus meus/ libera me a perſequẽtibus me quoniam innocẽs ego ſum. vnde/ ſi ego feci/ aliquid quod huic perſecutioni mee cauſaz dederit. vel/ ſi eſt iniquitas

UVA. BHSC. IyR_052

in operibus meis⌋ vel⌊ Si⌋ patientiam tuam non imita/
tus. Mala reddidi retribuentibus michi mala: decidam
iuste ab inimicis meis superatus⌋ ⁊ ingloriosus. Item
si innocens non fuero insuper. Persequatur inimicus⌋
Saul. s. meipsum⌊ ⁊ cōprehendat me⌋ vt effugere non pos
sim ⌊ ⁊ conculcet in terra vitam meam⌋ occidēdo me: vel
totaliter prosternēdo⌊ ⁊ gloriam meā⌋ regni israhel michi
promissaꝫ⌊ deducat in pulueré⌋ ⁊ dispergat: ad nichillū de/
ducens me. Cum ergo innocés sum. Exurge domine
in vindictā⌋ contra hostes meos⌊ ⁊ ostende te magnificum
in finibus inimicorum meorū⌋ tuam iusticiam ostēdendo
in eis. Exurge domine deus meus: ⁊ imple preceptum
quod mandasti⌋ iudicibus. s. vindictam sume de malis et
fac vindictam de me persequētibus iniuste⌊ ⁊ congregatio
populorum⌋ sequetur tuam ordinationem: reuertendo se
ad me. Et vt hec impleatur. Ostende altitudinem po/
tentie et magnificentie tue⌋ vt non solum vindictam faci
as de hostibus meis: sed etiā vt oīs populus reuertatur
ad me Et quia iudex es. Judica me domine ⌋ et quia
iustus es iudica me⌊ secundū iusticiam meam⌋ quam dedi
sti michi secundum quam iustus sum⌊ ⁊ secundum inno/
centiam meam⌋ quoruꝫ vtrunq; non ex me sed⌊ desuper⌋
a patre luminum descendit in me. Faciant quicquid
possunt peccatores. quia tandem Consumetur⌋ et termi/
nabitur ⌊ nequitia ipsorum⌋ quantum ad effectum nocen/
di⌊ iustos vero ad te diriges⌋ tu deus facies hoc⌊ qui scru
taris cogitationes ⁊ omnia opera hominum. Quare
attenta innocentia mea. Adiutorium⌋ quod ad te domi/
ne peto⌋ iustū⌋ est⌊ qui saluos facis⌋ saluatiōe glorie⌊ q̄ cor
de recto cōformātur volūtati tue. Propheta cōmendans
ꝑsonā iudicis ait. Deus iudex iustus⌋ singulis reddés se/
cundū opa eorū⌊ fortis⌋ cui nemo resistere pōt⌊ ⁊ patiés⌋ q̄
licꝫ omni hora offēdatur⌊ nō tñ punit ꝑ singulos dies⌊ sed
expectat nos ad penitētiā Peccatores attēdite bñ q̄a ⁊ si
dñs meus patiés ē. tñ Nisi cōuersi fueritis⌋ a malis ve/
stris ⁊ penitētiam egeritis⌊ gladiū suū⌋ .i. vindictā ⌊ suam

UVA. BHSC. IyR_052

manifestam exercet] in vos sicut cóminatus est per sacrã scripturam quasi [arcum tenderet ⁊ pararet] ad sagitan/duz. In quo] sacre scripture [arcu cóminationes mortis] eterne peccatoribus [preparauit] de quo arcu egresse sũt tanq̃ [sagitte] apostoli alijq; sancti doctores qui ardenti/bus animis in modum sagittarũ precepta salutaria trãs miserunt vnde ⁊ impij sauciarẽtur ⁊ fidelibus efficax cu ra perueniret hoc [effecit] .i. operatus est. Licet hoc ita sit manifestum tamen est ꝙ non deus sed homo ipse damnationis causa est. [Qui parturit in iusticiam] naz [concepit] per suggestionem diaboli propositum operãdi [malum] quod sine dolore non est [⁊ peperit iniquitatez] consumando peccatum. Lacum aperuit] inferni concipi endo fraudem [⁊ effodit eum] ampliando parturiendo ini quitatem [⁊ incidit in foueam] ipsam quando moritur in peccatis. Malum quod concepit [conuertetur in malũ] anime eius [⁊ iniquitas] quam peperit descendet [⁊ gra/uabit supremam mentis partem] penis eternis subiciẽs eam. Laudabo dominum propter iusticiaz eius] qua ius tos protegit ⁊ malos iuste punit [⁊ psallam] opere [nomi ni domini altissimi] qui iustos a lamentis tristicie in gau dia sempiterna perducit.

Psalmus. viij. in quo de exaltatione cristi ⁊ ecclesie dilatione.

d Omine dñs noster valde admirabile est no men tue diuinitatis] super omne nomen: no/men ineffabile ⁊ inenarrabile non in iudea tan tũ: sed [in vniuersa terra Per hoc te dñe admi rantur oẽs qui incolunt terrã. Quoniã filius tuus] quẽ tu magnificasti [eleuatus est de terrena humilitate [super celos] ad dexterã tuã sedẽs sup oẽs creaturas rationales exaltatus. Ex ore infantiũ] hebreorũ [perfectã fecisti lau/dẽ] magnificetie tue q̃ spiritu sancto inspirãte ⁊ instigãte

UVA. BHSC. IyR_052

te deū ꝙ saluatorem mundi confessi sunt [propter inimi cos tuos] perfidos iudeos confundendos [vt destruas ini micum] .s. populū iudaycum te persequentem ꝙ diabolū sue secte [defensorem] Vere domine admirabile est no men tuum. Quoniā videbo celos opera digitorum tuo rū lunā ꝙ stellas] in ornamentū firmaméti in quibus ad mirabilis potentia ꝙ sapientia tua relucet. Prophęta admirans exultationé humane nature in xp̄o ait. Quid é homo] .s. vilis ꝙ miser [ꝙ memor eius es] eū a pecca/ to liberando [aut quis est filius hominis] ade [ꝙ visi/ tas eum] assumendo eius humanitatis naturam in perso nam filij dei visitasti eum Verbū caro factū est ꝙ habi/ tauit in nobis. [Minuisti eu3 paulominus ab angelis] quia passibilem ꝙ mortalem fecisti cuiusmodi angeli nō sunt facti per meritū tamen passionis sue [gloria] resurre ctionis [ꝙ honore] ascensionis super omnes celos ꝙ ange los [coronasti eum ꝙ constituisti eū] caput ꝙ rege3 [super omnia opera manuū tuarū. Omnia subiecisti sub dñio ꝙ potestate eius] vt preesset omnibus ꝙ dominaretur cūc tis ad nutum [oues ꝙ boues vniuersas insuper ꝙ pecora campi. Volucres celi ꝙ pisces maris qui perambulant semitas maris] ad que omnia diuina prouidentia se extē/ dit. Ostensa tanta dignitate xp̄i concludens ait. Dñe] cui omis potestas data est in celo ꝙ in terra [dñs noster] nostram naturam assumens ꝙ in ea nos redimeris vere [valde admirabile est nomen tuū in vniuersa terra] .

Psalmus. ix. in quo de iudiciaria potestate cristi.

c Confitebor tibi domine] confessione laudis [in toto corde meo] nō in parte tantū [p̄dicabo] ex cellētia q̄dā opa tua q̄ [oia certesūt admiratio ne digna] . Letabor] iterius [ꝙ exultabo] exteri us intēsa leticia [i te] nō in rebus secularibus nō in iocū ditate rerū labiliū q̄a ibi nō est vera leticia [psallā] opere

UVA. BHSC. IyR_052

gratias agens [nomini tuo] quod altissimū est. Leta/
bor dico ꝙ exultabo gratias agens. [Quia inimicus hu
mani generis diabolus per te conuertetur retrorsum] de
ficiēdo a proposito malicie sue ꝙ inimici nostri satellites
[infirmabuntur] in sua potestate quia bonis nocere non
poterunt [ꝙ peribunt] in die judicij [a facie tua] sentenciā
te ꝙ puniente eorum maliciam Letabor insuper ꝙ exul
tabo tam animo quam corpore in te Quoniam fecis
ti [iudicium meum sumendo humanam naturam ꝙ pe/
nalitates eius vt pro me satisfaceres [ꝙ causam meam]
feciſti ꝙ confirmasti aduersario meo condempnato: qua/
re merito [super thronum] futuri iudicij cum maiestate
magna [sessurus es] iusticiaz singulis tribuens secunduz
merita singulorum. [Increpasti] per predicationē apos/
tolorum [gentes] de ydolatria cui erāt dedite [ꝙ perijt im
pius] diabolus amissa potestate qui adeo perijt vt [noia]
ydolorum [deleueris] de terra [ineternū]. Errores] diuer
si quibus diaboli animas occidunt [defecerunt] per xp̄m
ꝙ apostolos pro magna parte in primo aduentu. In secū
do vero ex toto deficient [ꝙ ciuitates eorum] demonū cul
tui deditas per principes catholicos [destruxisti]: ydolorū
culturam ab eis excludendo ꝙ eas dei seruitio subiugan/
do. [Perijt memoria] ydolorum ꝙ ydolatrarū per soni/
tū] predicationis apostolorum ꝙ aliorum predicatorū [do
minium] vero ꝙ regnū cristi [permanet ineternū] Ex me
rito illius iudicij quo iudicatus est in morte [parataz] ha
bet potestatem [iudiciariam] ad iudicanduz [ꝙ ipse] cui pa
ter dedit omne iudicū facere [iudicabit orbē terre ꝙ po/
pulos in eqtate ꝙ iusticia] vniuscuiusq; p̄mia cōdigna red
dēs. Et factus ē dñs refugiū pauperi [spū populo catholi
co. pauper aūt dicitur q̄ terrena cupiditate euacuatus ce
lesti desiderat largitate diteſcere [adiutor i tribulatōne qñ
oportunū ē] illud ē adiutoriū dulcissimū quod ī necessita
te p̄statur Et ꝙa refugiū es ꝙ adiutor. Sperēt i te] nō in
se aut i rebus q̄ tēporis volubilitate pertrāseunt [q̄ noue/

UVA. BHSC. IyR_052

runt] per veram fidem potentiam ⁊ magnificentiā tuaꝫ
[quoniam non dereliq̄sti omnino absq; consolatione [q̄
rentes te] fide ⁊ sanctis operibus. Et ideo vos o fideles
pro tantis beneficijs. [Laudate dominum] gratias agen
do [qui habitat in ecclesia catholica] in qua illuminati ce
lesti gratia per fidem contemplantur deum [⁊ predicate
inter gentes admirandam prouidentiam ⁊ studiosam di
ligentiam] in reparatione humani generis. Nolite time
re si tyranni occidunt corpus. Quoniam dominus non
est oblitus clamorem pauperum] occisorum quoniaꝫ [re
cordatus est clamores eorum] glorificando eos ⁊ consolā
do ⁊ interfectores puniendo [requirens sanguinem eorū]
de manu tyrānorū aliquādo per penā tēporalē aliquādo
per eternam aliquando vtroq; modo Propheta in perso
na ecclesie. Miserere mei domine vide] oculo compassio
nis [depressionem] quaꝫ sustineo ab inimicis meis Tu
vide domine [qui elongas me a persecutionibus] heretico
rum ⁊ paganorum ac iudeorum ⁊ sectis eorum [que sunt
porte mortis] quia per eas est introitus ad eternaꝫ mor
tem [vt annunciem] predicando [omnia opera laudabilia
tua] per que nomen tuum eximium toto orbe cele/
bratur annunciem dico existentibus [in portis ecclesie]
militantis [que ecclesie] triumphātis filia est Quia ex
altas me de portis mortis ideo [Exultabo in cristo ihesu
saluatore electorum tuorum] exultabo etiam in depres/
sione inimicorum meorum multi enim gētiles [in pecca
to qđ fecerūt] occidēdo corpora sanctoruꝫ [obstinati mor
tui sunt] ⁊ in infernum dimersi. In laqueo mortis] quē
fraudulento consilio sanctis viris [parauerunt comprehē
sus est pes eorum] ipsis pena mortis anime ⁊ corporis sē
piternum illaqueatis. Cognoscetur iudiciaria potestas
dei iudicia faciens] cum reddet vnicuiq; secundum opera
sua [peccator] vero ex operibus manuū suarū comprehen
sus ē] ꝙ dignus sit eternis supplicijs. Cōuertētur] i finali
iudicio [peccatores i infernū] quod erit qñ ꝑ sentēciā xp̄i
deiciētur in inferni profūdū cuiusmodi sunt [gentes que

UVA. BHSC. IyR_052

obliuiſcuntur deum] .ſ. in fine morientes ſine penitentie remedio. Prophęta de remuneratione ſãctorũ loquẽs ait In finali judicio non erit obliuio pauperis ſpiritu] ꝙ ſi hic videantur aliquando eſſe in obliuione [patientia enĩz pauperum nõ carebit remuneratione] quia ꝙ ſi differtur non aufertur auxilium dei a ſanctis ſuis. Prophęta ſpiritu preuidens aduentum anticriſti ꝙ periculi magnitudine perterritus clamans ait. Exurge domine] ad judicandum excita potentiam tuam [non preualeat facere quod vult homo] peccati. ſ. anticriſtus homo peſſimus in quo tanta erit verſutia ꝙ poteſtas vt ſola virtus tua poſſit ſuperare eius nequitiam. ꝙ celerrime [iudicentur gentes] que cũ ipſo ſeueriſſime ſcelera magna facture ſunt. Cõſtitue] permiſſiue [legiſlatorem] .ſ. anticriſtũ [ſuper eos] qui eum ſequuntur non ad regendum ſed ad eorũz ruinã ꝙ ſubuerſionem [ſciant gentes] que anticriſto adherebũt ſtientia experientie [quoniã homines ſunt] fragiles ꝙ ſtulti ponentes fidem ꝙ ſpem in anticriſto omnium hominũ peſſimo. Ut quid domine receſſiſti lõge a ſanctis tuis] tempore anticriſti in quo deſpicere videris eos non libe rando cito eos [vitam oportuno tempore quod eſt tem/ pus tribulationis] Vere oportunum tempus erit ſubue niendi fidelibus iuſtis quoniam. Dũz ſuperbit impius] anticriſtus in poteſtate [pauper] populus criſtianus obe/ dire ſibi nolens [cruciabitur] omni genere tormẽtorum: Verumptamẽ ipſe ꝙ ſatellites eius [comprehendentur in conſilijs quibus cogitant] cruciari ſanctos quia ipſi in fine cruciatibus peribunt cum dominus ſpiritu oris ſui interficiet anticriſtũ. Superbiet quidẽ impius. Quoniã tamẽ anticriſtus homo peccati [laudabitur ꝙ vñdicetur] a ſuis adulatoribus eleuatus in ſupbiã magis ac magis delectabitur [in cruciatibus ſãctorũ] . Peccator antixp̃us ex nimia adulatione adherentiũ ſibi ita eleuabitur in ſupbiã ꝙ [blaſſemabit deũ] Vſurpans ſibi diuinitatis nomẽ q̃ [ſecundũ multitudinem ire] diuine contra ſe prouocate [nõ q̃ret penitẽtiã ſz morietur i ſua obſtinatõne iduratus

UVA. BHSC. IyR_052

Non est deus in conspectu eius/non enim considerat de um omnia cognoscentem nec considerat eum futurum in dicem:⁊ ideo [vie illius]cogitationes cósilia ⁊ opera [sor dent in omni tempore]vite sue. Auferentur]a memo/ ria sua [iudicia tua]⁊ ideo non metuet illa superuentura sibi pre elatione ⁊ obstinatione nimia [omnes vero inimi cos suos]reges terre potentia ⁊ dolis [sibi subiciet]vt so lus regnet ⁊ sedeat in templo dei extollés se supra omne quod colitur ⁊ dicitur deus. Et dicet]ex nimia elatione [in corde suo]ego securus sum in statu meo [non moue/ bor de gente in gentem]super omnes regnabo:dominium enim meum stabile erit atq; firmum [sine malo]inquie/ tudinis aut aduersitatis. Cuius os blasphemijs in xp̃m ⁊ contumelijs]in sanctos [plenum erit ⁊ amaris cóminati/ onibus ⁊ dolis]decipiet multos [⁊ lingua sua]mãdabit [la borem ⁊ dolorem inferri sanctis]. Sedebit]semper cogi tans ponere [occulte insidias sanctis]adherétibus sibi ma lis hominibus]huius seculi cupidis quos muneribus accumulabit sibi vt eorum consilio [interficiat innocen tem]. ſ. fidelem populum sibi non obedientem. Oculi eius in pauperem]populus christianũ crudeliter respiciét quomodo depauperabit eum [⁊ quasi leo in spelunca sua meditabitur insidias]⁊ artes quibus fraudulenter possit christianum populum consumere. Insidiabitur rapere]vi olentia [pauperem]populum christianum. si vero sic non poterit curabit [rapere]pauperem fraudulentia [dum]cũ blandicijs ⁊ promissionibus ad suas neq̃tias [flectere fa/ ciet]. Captum vero fidelem. [In laqueo]promissionis diuitiarum [humiliabit eum]trahendo eum ad consenti/ endum ei ⁊ subiciet dominationi sue:⁊ cuz anticristus ni mia felicitate in ocium remiserit animũ [inclinabit se] ad delicias ⁊ voluptatem carnalez:sed dño nõ patiéte eũ amplius seuire in sanctos repétino interitu a suo dñio ca det. Merito cadet quoniam. [Dicit in corde suo obli tus est deus]sãctorũ suorũ vt eos saluet [auertit faciẽ suã

UVA. BHSC. IyR_052

ne videat] ea que in terra ⁊ in hoc mundo aguntur [vn/
de q̃diu seculum durabit sine fine regnabo]. Propheta
vt predicta mala cito finiantur petit accelerari judicium
dicens. Exurge ad judicium dñe deus] qui videris domi
nari permittendo anticristo tanta mala inferre sanctis
tuis [⁊ exaltetur potestas tua] in vindictam eius [ne obli
uiscaris tuorum fidelium]. Propter quid impius] anti
cristus suis blasfemijs [irritabit deum] nisi q̇a [credit] ꝙ
deus tanq̃ nesciens aut impotẽs [non req̇reret] facta sua
ad puniendum. Sed ipse anticristus fallitur: quoniã tu
domine qui nosti oia. [Vides laborem ⁊ dolorem] quos
sanctis tuis intulerit [⁊ consideras] qualiter anticristuꝫ ⁊
complices suos tradas [in manus justicie tue] ad punien
duꝫ. Et hoc merito. [Quoniã tota spes populi xp̃iani
in te est] vt eũ protegas [⁊ ideo ip̃i tanq̃ orphano pater/
no solatio destituto [tu eris adiutor]. Contere potenti/
am] anticristi [peccatoris] in se ⁊ maligni in alios discuti
es a te peccatum illius] si sit amplius vtile ad purgatio/
nẽ electorũ ⁊ non inuenietur vltra ad hoc esse vtile eo ꝙ
sufficiẽter erũt purgati ⁊ sic anticristus ⁊ cõplices deiciẽ
tur in ignẽ inferni. Tunc destructo anticristo manifeste
[Innotescet regnum eternũ ⁊ dominiũ xp̃i sine fine paci
ficum: peribunt autẽ anticristus ⁊ complices sui pagani
iudei heretici ⁊ falsi cristiani [de terra illius] .i. de regno
quo soli beati perfruuntur. In quo. Desiderium iusto
rum exaudiuit dominus ardorẽ vero desiderij eorum] ad
participandam beatitudinẽ tuam intellexit clemẽtia tua
Judicare ergo pro populo xp̃iano humili] qui erit in fi/
ne mundi pro eo ferendo sentenciam sic [vt non apponat
magnificare se super terram] superbus ille anticristus vt
fecit qui erit purus homo nõ deus licet a demone posses
sus ostendet se tanq̃ sit deus.

Psalmus. x. in quo docet resistere hereticis
q̇ fideles nituntur in suã prauitatẽ cõuertere.
Vox ecclesie.

UVA. BHSC. IyR_052

In domino confido] teneus eius fidem q̃ est mõs in verticem montiũ [quomodo] ergo vos o here/tici [dicitis anime mee trãsmigra] ad nos qui sumus per excellentiã sicut mons altus scientia ⁊ vita/ O heretici petitis a me transire de veritate ad falsitatẽ a luce ad tenebras heretice prauitatis. hoc ego non faciã q̃a si hoc facerẽ ero [sicut passer] instabilis ⁊ vagus q̃ ad ne/quissimas predicationes leuitate inconstãtis animi trãsfertur. Ideo autẽ in domino confido. Quoniam peccatores] .s. heretici [intenderunt potentiã verbositatis sue parauerũt] insidiose [verba venenosa ⁊ acutas sentẽcias] quas de scripturis sanctis iuxta voluntatẽ suã detorquẽt vt ambiguis ⁊ obscuris sentẽcijs vulnerent animas simplicium. O domine. Intellectuz verum ⁊ sanũ legis tue quẽ de scripturis sanctis per sanctos tuos doctores eccle/sie exponendo perfecte edidisti heretici male exponendo. [peruerterunt ⁊ destruxerunt] q̃tum in eis fuit qui fal/sis interpretationibus scripturas sanctas lacerare moliũtur conuertentes in quorũdã necem que a domino prolata sũt ad salutẽ [iustus autẽ] .s. cristus [quid faciet] respõdetur ꝙ reddet bona bonis ⁊ mala malis. Dominus] enim facere fideles suos bonos [tẽplum suũ] in habitãdo in eis per gratiam ⁊ inhabitando sanctificat ⁊ celestes efficit [in quibus ipse sedet]. Oculi eius in populum xp̃ianum respiciunt] ei miserando ⁊ ad ipsum protegendũ [⁊ oculi eius scrutantur actus ⁊ cogitationes [filiorum ho/minũ]. Dominus scrutatur] ⁊ inquirit iustũ actus eius inquirendo ⁊ hoc ad remunerandũ ; impiorum aũt ad puniendum [qui diligit iniquitatẽ odit aiaz suã] quia ei eterna supplicia preparat. Propheta de pena malorum ait. [Pluet super peccatores laq̃os] indissolubiles penarum quia eterne erunt pene eorum [ignis] inextinguibilis [fetor] intollerabilis [remorsus] constiẽtie incessabilis ⁊ hee pene [pars calicis eorum] mẽsurabuntur iuxta modum ⁊ mensuram meritorum eorum. Et hoc faciet dominus [Quia iustus est ⁊ iusticias dilexit] vnũquẽq; secundum

UVA. BHSC. IyR_052

proprium opus judicans [et] equitatem vidit vultus eius] vt justis premia peccatoribus penas tribuat condignas.

Psalmus.xi. In quo propheta petit a malis huius mundi liberari.

SAluum me fac domine] a mundi malis et periculis quoniã in aliquo alio non est salus ideo timẽtem et exclamantẽ exaudi [quoniam defecit sanctitas] in hominibus pauci sancti sunt inter tot malos [quoniã diminute sunt] veritates. s. vite et doctrine et justicie a filijs hominum. Vere diminute sunt veritates a filijs hominũ. quoniã. [Vana]. s. falsa [locuti sũt vnusquisq;] ad decipiendum [suum proximum labia dolosa] existẽtes quia garrula ad oblatrandum et dolosi ad decipiendum et vere dolosi [sunt quia duplici corde locuti sunt] aliud dicẽtes et aliud in corde retinẽtes. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa] vt judeorum qui dolose et fraudulẽter loquuntur de cristo et hereticorum [et linguã magniloquã arroganté et extollenté se vt est superborũz: ypocritarum et vanorum philosophãtiũz. Qui. s. philosophi [dixerunt linguã nostram magnificabimus] loquacitate se extollẽtes et de potestate labiorum se jactantes dicẽtes [labia nostra] facundia nostra sentẽtie quas proferimus nostro ingenio et studio habite sunt doctores [ex nobis ipsis habemus] non aliunde [quis noster dominus est] a quo predicta vt a dño cognoscamus et cuius legi nos subiciamur: quasi diceret nullus. Quia mala predicta faciunt dicit deus pater. Propter miseriam] tollendam quã sustinẽt justi [et gemitum eorum] nunc tempore gratie ne diutina tribulatione grauentur [apparebo] in filio meo incarnato quod ante in priori seculo non feci. Donã in ihesu filio meo consolationem] pauperum [et potenter et efficaciter agã] omnia per eum genus humanum liberando itaq; ei nichil resistet. Et hec certissime euenient ꝺa. [Eloquia dñi eloq̃a casta sunt] nulla adulterina falsitate corrupta

UVA. BHSC. IyR_052

pulchra pura ꝙ rata sicut argentum examinatum purgatuz multipliciter ab omni terrena cómixtione ꝙ ideo certissima habenda sunt. Quia talia sunt eloquia tua. Tu domine pro certo seruabis nos hic in presenti ꝙ ab hostibus protegédo per gratiam ꝙ custodies nos liberando ab omni generatione malorum in futurū per gloriam.

Tu dñe seruabis nos sed. Impij qui sunt absq; pietate religionis in deum ꝙ compassionis in proximū in circuitu viciorum ambulant nō pertingétes ad mediū virtutis ꝙ ideo nunq; ad rectam possunt semitam peruenire ꝙ per consequés peruenire nequeunt ad requié beatam sécundum altitudiné auté consilij tui quod est incóprehensibile multiplicasti electos tuos in virtutibus per quas eos facis ad participandā beatitudinem tuā peruenire.

Psalmus .xij. in quo de desiderio sanctorum patrum ad aduentū xpi.
Prophcta in persona justorum.

Usq;quo dñe obliuiscéris me presentiā incarnationis differédo nūquid hoc erit finaliter vsq;quo presentiā filij tui tamdiu desideratam abscondis a me. Quam diu ponam cōsilia in anima mea tractans ꝙ cōsiderās quādo venies q̄diu banc afflictionis ꝙ inestimabilis anxietatis magnitudinē patiar cōtinue ex dilatione aduentus tui. Usq;quo exaltabitur ꝙ gloriabitur inimicus meus diabolus sup me q; totum genus humanuz habeat captiuū respice mitte quem missurus es ꝙ exaudi me cito ne dilatione diutina totus mūdus raptus erroribus pereat domine deus meus cuius ego seruus sum ꝙ creatura. Illumina oculos meos lumine tue consolationis ne vnq; obdormiam in morte mortalis culpe ne quando dicat insultando inimicus meus .s. diabolus preualui aduersus eum Qui tribulāt me .s. diabolus ꝙ angeli eius exultabunt si motus fuero a stabilitate fidei ꝙ a caritate tua ego auté nō

UVA. BHSC. IyR_052

in iusticia mea [sed i misericordia tua speraui] ab hȳs tri
bulationibus liberari. Non tamen speravit sed .Exul/
tabit cor meū [leticia interiori] [in salutari tuo] .s. cristo
qué ꝙ si carnalibus oculis non videā interioribus tamen
oculis fide intueor saluatoré omniū esse venturu: ꝙ ideo
[cantabo domino] mente ꝙ voce [qui bona] tamdiu desi/
derata ꝙ promissa certissime [tribuet michi] ꝙ psallaz bo
nis operibus ad laudé nominis tui altissime.

Psalmus .xiij. in quo propheta increpat iudeos
qui venienti cristo nó crediderunt.

Populus judaycus.

i Insipiens] videns xp̄m humana carne tectum
ꝙ in humilitate [dicit] non solum ore sed etiaz
[corde non est] hic homo [deus] nec qui predic/
tus é a prophetis. Et ideo dixerūt ḋa [Corrup
ti sunt] dum a scripturarum sanitate recedétes in sensus
probati sunt incidisse vitiosos [abhominabiles] .i. deiecti
ꝙ despicabiles i oculis domini [in cogitationibus suis nó
est qui faciat bonū] meritorium nisi ḋ peruenerint fide ꝙ
caritate vsq; ad xp̄m de quorū numero fuerunt oés sanc
ti noui ꝙ veteris testamenti. Et hoc verum est. [Quo
niā deus pater de altitudine sue diuinitatis prospexit su/
per] judeos patriarcharum hominū rationabiliū [filios]
vt videri faceret si aliquis forte diuinitaté filij in assūp/
ta humanitate latenté vera fide cognosceret ꝙ bona ope
ratione requireret. Quales autē reperit ostendit dicens
Omnes] tā mayores q̄ minores [declinauerunt] a recti/
tudine iusticie originalis: totum enim humanū genus ob
noxiū fuit peccato originali quoniā omnes simul in pri
mis parentibus peccato infecto inutiles facti sunt .i. non
valentes consequi vitam eternā ad quā participandam
factus erat homo [nec vnus repertus est ḋ faciat bonū]
meritoriū superne beatitudinis [nec etiā vnus] inter fili
os hominum [repertus est] Vere inutiles facti sunt quo
niam. Sepulchrum patens est guttur eorū] fetidos odo/

UVA. BHSC. IyR_052

res exalans [verba eorum fetida sunt ꝙ pestifera corrup/ tiua bonorū morū] ꝙ ne soli pereant [linguis suis dolose agebant] quia sub specie boni habent consilia dolosa: dog mata labiorum suorū venenosa sunt ꝙ mortifera [sicut est venenum aspidum insanabile]. ¶Quorum os .maledi ctione] .i. blasphemia in deū [ꝙ amaritudine] in proximū [plenū est: prompti ꝙ expediti sunt effectus eorum ad effū dēdum sanguinē] cristi ꝙ suorū. ¶Duo sunt potissima ma la que judei perfidi incurrūt ex operibus eorū malis: pri mū est [¶Contritio] siue punitio in presenti per romanos alterū est perpetua in futuro [dampnatio] vbi est omnis miseria ꝙ hoc ideo [quia cristum qui est pax nostra] ceca/ ti corde [intelligere noluerunt] que omnia ideo cōtigerūt quia non fuit timor dei ante oculos eorū. ¶Non timēt nunc sed. ¶Nonne cognoscent omnes qui operantur iniq tatē] quandoq; dei iusticiam: vtiq; cognoscent experiendo in futuro iudicio quando. s. viderint bonos ad eterna pre mia diuinitus inuitari: se vero ad eterna supplicia nunq; finienda transmitti [qui deuorāt plebē meā] simplices cris tianos quottidiana rapina [sicut escā panis] consumerēt ¶Hoc enim ideo contingit iudeis quia [¶Deum verum] venientē in carne [non crediderunt illic] .s. in dāpno rerū temporaliū [trepidauerunt timore vbi non fuit] iusta ra/ tio timoris sicut pilatus timore cesaris et iudei timore romanorum ne locū ꝙ gentem perderent abicto timore dei cristum occiderūt. ¶Cognoscent inq;. ¶Quoniā deus in generatione iustorū est] instus eni est ꝙ iusticias diligit: sed vos o miseri iudei [consilium xp̄i inopis suscipere no luistis] qui ad vos venerit liberandos humilem aduentū ꝙ cōsilia eius contēpsistis quia in eo non vidistis pompā seculi: qui ideo in humilitate venit vt quos vocabat do/ ceret [in deo solo spem ponere] in rebus seculi transeun/ tibus. ¶ vos iudei confudistis. i. repulistis consiliū cris ti hoc stultum fuit quia. [¶Quis dabit venientem ex iu deis qui sit saluator israhel] ꝙ ecclesie gentium nisi deus pater q̄ cristū dominū mittere dignatus est omniū recte

UVA. BHSC. IyR_052

credentiū saluatorem q̄i cū dampnauerit diabolū q̄ im
pia crudelitate plebem dei persequitur ⁊ tenebat captiuā
exultabit ⁊ letabitur iudeorū ⁊ gentiū populus quando
ad regnū celorū diuina miseratione peruenerit.

Psalmus. xiiij. in quo propheta querit
quis digne in presenti ecclesia dei mili/
tat ⁊ in futura vita requié sit habiturus.

D Omine quis digne habitabit in tabernaculo
tuo .s. in presenti ecclesia militāte in quo mul
ti sunt corpore qui non sunt fide multi nomi
ne qui non sunt numine aut quis requiescet i
monte eterne beatitudinis tue Responsio. Qui imu
nis est ab omni labe peccati mortalis ⁊ operatur iusti
cia dei precepta inuiolabiliter obseruando. Qui loq̄tur
veritatē prout existit in corde qui nō egit dolū in lingua
sua aliud habens in ore ⁊ aliud in corde ad decipiendum
proximum. Nec fecit cuiq̄ homini malum in facto nec
corporaliter nec spiritualiter nulli fraudes machinatus
est ⁊ obprobriuz detractionis aduersus proximos suos
non accepit in corde temere aut libenter criminatoribus
credendo aut ore defectus eorum preteritos improperan
do aut ad eorum infamiā alijs propalando nec in aure li
benter detractores audiendo Qui ita fortis est q̄. Ad
nichilum reputatus est in conspectu eius malignus dia/
bolus vel homo mala suggerēs sed timētes deū vtpote
virtuosos dignos gloria ⁊ honore iudicat ⁊ honorādo de
monstrat. Qui iurat proximo suo aliqua facturus ⁊
non decipit sed ea firmiter obseruat qui pecuniā suā nō
dedit ad vsuram ⁊ munera vt innocētis causā deprimat
non accepit Qui facit hec que dicta sunt incōcussa sta
bilitate in pace requiescet in monte sancto dei monte fe
in quo xp̃us legitur passus ⁊ mortuus pro redẽptione nostra ⁊ requirentibus ⌊oracula prophetarũ⌋ que manifeste hoc testantur. ℣Propter gloriã nois tui dñe⌋ quod est dulce ⁊ suaue ⌊propiciaberis⌋ oblato tibi sacrificio spũs contribulati ⌊peccato meo⌋ ipsũ remittendo ⌊multũ est eniz⌋ excedit eniz facultate virtutis mee ad satisfaciẽdũ pro eo ℣Quis est homo q̃ timet dñm⌋ timore filiali. i. qualis ⁊ q̃tus quasi diceret iste est sume cõmẽdandus quoniã ⌊deus statuit ei legẽ⌋ diuinã ⁊ naturalẽ q̃ dirigunt eũ in via iusticie q̃ ⌊lẽ pre oibus eligẽda⌋ quã voluntarie ⌊elegit⌋ seruã dã vt sciat quid agendũ ⁊ quid cauendũ sit. ℣Anima sic timentis deũ ⁊ amantis post dissolutionem⌋ corporis ⁊ si nõ imediate conseq̃tur perfectã beatitudinẽ recipies simplã stolã vsq; ad resurrectionis tempus nichilominus interius ⌊demorabitur in bonis glorie⌋ deũ vidẽdo amãdo ⁊ laudãdo ⌊⁊ opus bonũ eius hereditabit⌋ solidã hereditatez instaurati corporis quando in resurrectione stolã glorificati corporis eripies. ℣Firmamẽtũ est dñs timentibus se⌋ stabilit eni eos in fide sua ⁊ firmat in bono ne vllis tẽptationibus succũbãt quibus ⌊etiã testamẽtoria dispositõe dedit quod manifestabit se illis⌋ in quo est sũma felicitas ℣Oculi⌋ cordis ⌊mei semp ad dñm⌋ de cuius gratia cõfido q; leuellet affectus meos de laq̃o⌋ diaboli a quo prius pro voluptatibus seculi capiebar. ℣Quia oculi mei sũt ad te dñe. ℣Respice in me⌋ pietatis affectu aspicientẽ te⌋ ⁊ miserere mei⌋ in effectu locus eni est misericordie ⌊quoniã vnicus⌋ sine auxilio amicorũ ⁊ pauper a mundi rebus ⌊sum ego⌋. Itez miserere mei quoniã. ℣Tribulationes cordis mei multiplicate sunt ⁊ de aduersitatibus⌋ exterioribus ⌊q̃ ineuitabiles sũt⌋ bijs q̃ pie in cristo viuere volũt ⌊erue me⌋ ℣Ide humilitatẽ meaz⌋ in corde ⁊ habe eã gratã ⌊⁊ laborẽ meũ⌋ in corpore ⁊ bijs sacrificijs placatus ⌊dimitte vniuersa delicta mea⌋ ℣Respice inimicos meos⌋ ad reprimẽdũ eos ⌊quoniã multiplicati sũt⌋ nõ solũ foris ifideles sed etiã intus in ecclesia nõ desũt falsi xpiani ⌊⁊ odio iniusto ⁊ sine causa ⌊oderũt me⌋ sine itermissiõe me psequẽtes

UVA. BHSC. IyR_052

Custodi animam meā] ab eorū fraudibus ne declinē ad se quelam eoruz [ꝛ erue me] si forte insurgant aduersuz me ꝛ si nō per aliud saltem ideo vt [spes mea] quaz habeo de te [non sit michi ad confusionem]. Ideo erue me quia Boni adheserunt michi] nam [innocentes] qui nec actu nec voluntate nocere voluerunt [ꝛ recti] qui in bono proficere studuerūt [adheserūt michi] consēsione cordis ꝛ vnius volūtatis [q̄a sustunui te] pacienter aduersitates sustinendo. Libera deus israel] populū tuum quem ad tuā visionem predestinasti [ex omnibus tribulationibus suis] quibus interius vel exterius opprimitur.

Psalmus.xxv.in quo orat iustus a cōsortio malorū separari. Vox viri iusti.

Iudica me dñe] iudicio discretionis discernendo me a peccatoribus condēpnādis [quia] innocenter incessi viam huius vite ꝛ in dño cōfidēs [non infirmabor] deficiendo ab innocētia mea Dixi domine ꝙ innocens ego suz. Proba me] tribulationes immittendo notū me [fac probatum] ꝛ hoc nō vt ī notescat tibi q̄ oia nosti sed michi ꝛ alijs ꝙ postq̄ feceris [vre cogitationes meas] igne spūs sancti ꝛ si quaz viciorū maculaz in me inueneris hanc oro [exure] hanc spiritus sancti calore cōsume. Tēpta me ꝛ vre dico nō presūptiue dico sed vt emēdationis gratia quoniaz. Misericordiaz tuaz toto corde intueor] ꝙ magna sit ꝛ dulcis ꝛ in bonis tuis in q̄bus ē [veritas] ꝛ iusticia [cōplacui] fiduciam habeo ꝙ non sines me supra vires meas tēptari. Quia cōplacui in veritate tua. Non apposui cor meum aut cōsensi cōsilio eorū] q̄ intranseūtiū reruz q̄ vane sunt fruitione beatitudinē ponunt quod est omniū iniquitatū causa ꝛ ideo etiaz [cū iniq̄ gerētibus] .s. hereticis aut scismaticis qui questionibus perfidis scripturas diuinas deprauare contendūt [non me associaui] eorum doctrinis aut impietatibus cōmunicando. Non tantum vitiaui

UVA. BHSC. IyR_052

consiliū malorum sed etiam. Odiui congregationē ipsaꝫ
malignātiū] in malo perseuerantiū [ꝛ cū impijs qui cultū
dei impugnāt placitū non habeo. Sed inter inocentes cō
uersabor inter quos positus. Lauabo] ꝛ mūdabo per pe/
nitentiā a cūctis vitiorum sordibus [opera mea ꝛ mentez
i qua tanq̄ i altari] sacrificiū spūs cōtribulati tibi offero
[circūdabo virtutibus ꝛ bonis moribus quasi ornamētis
ornando. Conuersabor. Inter innocentes vt audiā ꝛ ad
discam] eorū exemplo ꝛ instructione [quomodo te laudem
ꝛ cum didicero exponam alijs aliq̄ de tuis operibus que
[omnia] sunt mirabilia. Et si ecclesia tua adhuc habeat
malos admixtos cū bonis ego tamē. Domine dilexi] in
eccelsia tua bonos ꝛ sanctos qui vita ꝛ doctrina sunt [de/
cor domus tue sunt ꝛ locus [habitationis glorie tue] quia
non suā sed gloriam tuam querunt. Et quia ita me ha
bui ita dilexi domū tuam oro ut deus. Ne perdas cum i
pijs] qui pietatem ꝛ cultum tuū abnegāt [animaꝫ meam]
perdendo vel puniendo eam nec [cum viris qui carnaliter
viuūt] ꝛ proximū oderunt vitam meā qui a me valde dis/
similes sūt. Quorū opera injusta sunt ꝛ iiqua] ꝛ dextera
eorum repleta est muneribus] pro q̄bus iusticiaꝫ ꝛ iuditiū
subuerterunt innocētes condēpnarunt vexarunt uel inter
fecerunt. Ego autem innocēter] per studium sancte vite [
ambulaui] ꝛ ideo [libera me] a perditione impiorū futura
ꝛ in periculis huius vite [misericordia tua] non deserat me
sed in oibus me cōcomitetur. Hoc fac dñe quia. Dile/
ctio mea ꝛ affectio] que facile labi solet non recessit a recti
tudine ꝛ fidei ꝛ iustitie inter cōcutientes hereses ꝛ mundi
grauiter seuiētes angustias semper stetit immobilis ꝛ per
sistens in directo itinere mandatorū tuorū ꝛ ideo misere/
re mei quod si feceris q̄diu ero in congregationibus ho/
minū publice [benedicam te dñe] laudando ꝛ glorificando
pro beneficijs michi collatis a te.

Psalmus.xxvi.in quo vir iustus petit a deo gratiaꝫ ut
sic inpresenti pugnando preualeat contra hostes spiritu

UVA. BHSC. IyR_052

ales ut perueniat ad regnum.
Propheta exaltans quēq̄ hominem non timere quoniam a deo fuerat illuminatus ait.

Dominus illuminatio mea] illuminās ⁊ docens me contra tenebras ignorātie [⁊ fortitudo salutis mee] roborans infirmitatem meā ut in bello possim resistere [quem ego timebo] nulluz vereor uel timeo hostem insidiatorem vel psecutorem. Dominus protector vite mee] ipse enim repellit oēs impetus ⁊ insidias hostium meoruz a quo ergo trepidabo [habendo talem protectorē a nullo. Dixi non timeo aliquem quia. Cuz] persecutores nocere [apropiant michi] ut corpus meum rabido dēte lacerent nō magnifacio quoniā nō timeo eos qui occidunt corpus animaz autem occidere non possunt. Quia dn̄s protector vite mee est. Inimici mei qui persecuntur me infirmati sunt] non potentes perficere quod intendebant [⁊ ceciderunt in ruinam anime sue peruenientes. Si fortitudo demoniorū si impetus vitioruz si molimina hostiū [aduersum me consistant non timebit cor meum] quoniaz deus bellator fortis pugnat pro me. Si exurgat] fortius [aduersus me preliū a predictis inimicis [in hoc meo adiutorio figaz spem victorie] ⁊ remunerationis amplioris glorie eterne. Unam rem petii a domino] pre ceteris [⁊ hanc requirā [oratione perseueranter pro obtentu ipsius vt inhabitez in domo dn̄i] .s. militantis ecclesie vt q̄diu viuo nulla aduersitas me excludat ab vnitate fidelium qui vnitatem ⁊ veritatem dominice fidei per orbem terrarū tenent sed in ea permaneaz semper. Hoc peto eo fine. Ut] tandem [videam] per gustuz [bonitatez dei] in qua sūma delectatio est ⁊ sūma pulchritudo ⁊ visitē celeste tēpluz eius vbi cū sanctis fruar clara contemplatione eius. Ideo hoc michi spero. Quoniam iam in dispensatione verbi sui incarnati] per fidem ⁊ spem [abscondit me in die malorū] hominū me peresequentiuz [⁊ protexit me ne lederer] in potentia diuinitatis abscondita [sub humanitate que fuit tabernaculum in quo christus con/

UVA. BHSC. IyR_052

tra diabolum militauit. Hoc etiaz fecit quia. In petra] cristo] exaltauit me] dominus quia in ipso ꝙ per ipsuz pro moueor de virtute in virtutem] ꝙ núc] in presenti vita] exaltauit mentē meā super prauos motus ꝙ appetitus meos vicioso] ne mei dominétur. Post hec omnia que fecit michi dñs. Circuiui] omnia beneficia memorie cōmendando ꝙ potissime redemptionis beneficium ꝙ ego non ingratus] immolaui in ecclesia] catholica toto orbe diffusa] hostiam] ineffabilis laudis ꝙ corde ꝙ opere] letabor in domino] Et ideo tu laudi domine vocem] interiorem quam in aures tuas forti intensione direxi dicens. Unā petii a domino. ꝙ] exaudi me] dñe ex tua clementia pro illa vna ꝙ miserere mei. Tibi] non hominibus] aperui] in corde meo vbi solus audis] desiderium meū] .s. quod anima mea facta ad ymaginem tuam] exquisiuit te] ꝙ non aliquid extra te premiū nisi] vultum tuū] presentiam visionis tue dñe. Requirā huic inquisitioni pseueranter instabo] quia preciosius aliquid non inuenio illa enim est sūma felicitas ꝙ beatitudo omniū sanctorū. Ut autem inueniā quod quero domine. Non auertas lumen gratie tue a me] peccatore quia non est in manu mea obtinere quod peto ꝙ nō sinas me labi in peccatum per quod] declines in ira a seruo tuo Quia eniz ego non sufficio te inuenire nisi tu adiuues ideo deprecor. Adiutor meus esto] in hac via ut ad hoc peruenia] nec derelinquas me] cū ceperis adiuuare] nec despicias me] ꝙ ego mortalis te eternū audeo querere] quia tu es deus meus] qui ad ymaginem tuā me creasti] ꝙ salutaris meus] qui sanas plagas peccati mei frustra aūt creasti ꝙ recreasti si mortales despicis. Ideo etiam non despicias me mortalem quia non mea propria a me cōmissa sed parentalis culpa est qua in hāc mortalitatem descendi Quoniā pater meus] adam] ꝙ mater mea] eua] dereliquerunt me] expositū miseriis presentis vite per eorū eni peccatū mors intrauit in omnes homines dñs autem carne assumpta] assūpsit me] ad immortalitatem non ergo despicias me. Ex quo assumpsisti carnem meam. Da mi/

UVA. BHSC. IyR_052

chi legem viuendi [vt in via tua] regia firmiter persistens nec ad dexteram nec ad sinistrā declinem ꝛ dirige me in semitā rectam [ꝛ in banc [dirige me] quia non sufficit inchoare nisi perueniatur ꝛ hoc [propter inimicos meos] demones prauos homines appetitus carnis et praua desideria que insidiari non cessant ut impedimentū prestent in via eundi ad te deum meū . Ne tradideris me in voluntates persequentiū me nec] sinas eos satiari de malis meis [quoniaz insurrexerunt contra me testes iniqui] de me falsa dicentes ut remoueant ꝛ reuocent me a te sed tamen [mentita est iniq̄tas sibi] quia ad dāpnuz suū mentiti sunt: omne enim peccatum in suū reddit auctorem. Vir iustus cōfisus de misericordia dei ait . Non obstante] persecutione inimicorū ꝛ ꝙ falsitas ꝛ mendatium increuerunt contra me. Credo videre bona dñi] electis promissa [in terra beata] bona quidem vera ꝛ dulcia imortalia sempiterna ꝛ incōmutabilia ubi nullus falsitatis locus ubi nullius boni defectus. Quia fortassis anime amanti hoc tardum videtur sequitur vox consolatoria. Expecta] patienter [dominum] secure qui nō fallit omnipotens promisit certus promisit verax promisit qui mentiri non potest sed tu vt cōsequaris [viriliter age] non temisse [confortetur cor tuuz] ne lasseris a bonis operibus etiam si mala eueniant [sustine] perseuerando non negatū putes quod nō dum accepisti quia si differtur non aufertur.

Psalmus. xxvij. In quo est vox christi hominis de passione et resurrectione sua.

Ad te domine] sācte pater ex magno affectu [clamabo] auxilium tuū inuocabo [ne sileas a me] cum te deprecatus fuero subtrahendo michi beneficiū resurrectionis [ꝛ ne taceas] deserendo me totaliter in passione alias [similis essē] aliis hominibus [descendentibus in lacum] inferni sicut inimici existimant. Quod ne fiat. Exaudi vocem deprecationis mee dum oro ad te

UVA. BHSC. IyR_052

pro tocius mundi salute ⌊dum extollo manus meas⌋ i cru
ce ⌊vt templū sanctū tuum⌋ quod est ecclesia tibi construā
per passionem meā. Exaudi me domine. Ne simul me
tradas⌋ in mortez cū peccatoribus simul. i. ex qua alii tra
duntur causa simili. s. pro peccatis suis ⌊et ne perdas me
cuz operantibus iniquitatem⌋ eo fine ⁊ intentione qua il/
li me tradent ut. s. nomē meū deleāt ⁊ extinguant. Qui⌋
. s. iudei inimici mei ⌊pacem dolose loquūtur michi proxi/
mo⌋ secundū carnē ⁊ per impensā eis multiplicē misericor
diā dicentes scimus quia a deo venisti magister ⁊ viaz dei
in veritate doces si licet censum dari cesari ⌊mala autē in
cordibus eorū⌋ quia mala intētione interrogant vt. s. cap
tum in uerbis reprehendere possent. Quibus dabis retri
butionez⌋ condignam ⌊secundū opera mala⌋ illorū que mi
chi intulerunt flagellantes conspuentes ⁊ occidentes ⌊⁊ se
cundum nequitiam adinuentionuz ipsorū⌋ quibus falsa ad
inueniebant contra me dicentes me seductorem demonia
cum ⁊ huiusmodi ⌊retribue illis. Quāuis ex passione mea
sequatur vtilitas toti humano generi ad salutem. Tri/
bue tamen illis mercedem⌋ secundū voluntatem malaz et
intentionū operū ipsorum ⁊ sicut ipsi reddiderunt michi
mala ⌊ita retribue⌋ eis mala. Et hec ideo contingent eis
Quoniā nō intellexerūt opera⌋ domini inuisibilia vt uer
bum carnem factum esse ⌊nec cōsiderauerūt opera manuū
eius⌋ visibilia. s. miracula eius que sufficiens testimoniū
perhibebant de eo cū a nullo alio taliter fieri possent ideo
destrues illos⌋ nunc per romanos irreparabiliter ⌊⁊ non he
dificabis eos⌋ postea ut solebas olim post captiuitates re/
ducere eos sed de hac captiuitate non reducentur. Sciēs
christus homo cōplenda esse omnia que petebat quasi iaz
exauditus gratias refert dicens. Benedictus dñs quoniā
exaudiuit deuotionem deprecationis mee⌋. Certe exaudi
uit me dominus quoniaz. Adiutor meus ⁊ protector me
us est ⁊ in ipso sperauit cor meuz⌋ in morte ⌊⁊ adiutus sū⌋
in resurrectione. Certe adiutus sum in resurrectione.
Quoniam refloruit caro. mea⌋ procedens de tumulo icor

UVA. BHSC. IyR_052

rupta impassibilis ꝙ gloriosa vnde iam metu mortis con sumpto libera voluntate hylariter ꝙ gaudenter per me ꝙ fideles meos [confitebor ei] confessione laudis. Merito fideles mei confitebuntur ei quoniam. Fortitudo] impugna contra diabolum [est plebis sue] que credit ꝙ confidit in eo [ꝙ protector omniū] qui passione filii sui sunt [redempti tam in presenti ꝙ in futuro eos conseruando. Interpello ꝙ oro domine sancte pater ut. Populus tuū ad salutem perducas] quia ꝙ meus est quia omnia mea tua sunt [ꝙ benedic ecclesie tue que est hereditas tua] virtutibus et numero augēdo [ꝙ rege eos] in hac mortali vita ne decli/nent ad prava [extolle illos] a terrenis ad celestia eos glorificando [eternaliter].

Psalmus. xxviij. In quo monentur fideles afferre spirituales hostias deo.

Afferte filii dei domino] nosmetipsos non corruptos erroribus qui estis filij apostoloruꝫ qui vos genuerunt per euangeliū [qui arietes dicuntur] tum quia duces gregum fuerūt tum ꝙa duobus cornibus. i. vtriusqꝫ testamenti auctoritatibus prevaluerunt contra hereticos ꝙ superstitiones ꝙ ydola quasi dura fronte eos diruentes. Afferte domino] deo patri [gloriam] quia est omnis creature principū [ꝙ bonorem] ꝙa est omnis creature finis quod tūc deo afferimus quando exhibemus nos tales in quibus deus honoretur ꝙ glorificetur/afferte dño] filio qui est noticia intelligentie paterne [gloriam] predicando eum equalem esse patri/ꝙ omnia opera vestra ad eius gloriam dirigendo [adorate dñm] spūꝫ scūm qui est sanctificator ꝙ inhabitator ecclesie sancte sue Ideo afferte domino gloriam quia. Nor cristi. tam per se ꝙ per suos fuit [super multos populos] super quos ipse christus rex glorie in humana natura terribiliter [intonuit] cōminatione futuri iuditij ꝙ frangore apostolice predicationis per vniuersum mundū quo mentes hominuꝫ ad

UVA. BHSC. IyR_052

conuersionem cõmouit. Vox predicationis [domini] per se ꝙ per suos [in virtute] quia cum operatione multorũ miraculorum [ꝙ vox domini in magnificentia] quia simplices ꝙ indoctos magnificos fecit in omni sapientia cui non poterant resistere omnes sapientes mũdi. Vox predicationis [domini] per se ꝙ per suos [quasi confringentis cedros] quia multos sublimes ꝙ altos diuites ꝙ potentes de gentibus voce sue predicationis cõteret [confringet] ad penitentiam ꝙ humiliabit sub iugo euangelii ꝙ eodẽ modo [cedros libani] qui ceteris cedris sunt altiores iudeos. s. q̃ ratione legis se gentibus superiores gloriabuntur confringet ad penitentiam. Succisa atqꝫ confracta in eis superbia. [Comminuet eos] humiliando [tanq̃ vitulum pingue] ad imitationem christi vt ipsi etiam sint parati pro christo mori si sit opus quemadmodũ christus filius secundũ carnem iudeorum fecit pro nobis omnibus qui iudei propter eorum superbiam dicuntur vnicornes. Vox predicationis christi [quasi intercidentis flammaꝫ ignis] quia vicia carnis que concupiscentia resecat ꝙ prohibet: vox predicationis per suos [cõmouit etiam gentiles] ad fidem qui ideo [desertum] dicti sunt quia sine lege sine deo sine prophetis fuerant [cõmouebit etiam dominus] ad fidem conuertendo iudeos qui dicuntur [desertum cades] quod interpretatur scũm legis a quo sancto legis deserti sunt quoniam sanctum legis. i. spũalem intellectum eius nõ habẽt. Vox predicationis [christi quasi preparantis ceruos] quia tribuit spũm sapientie quibusdam perfectis qui veluti cerui repellũt venenosas linguas hereticorũ ꝙ sicut cerui per spinas incedunt sine lesione ita ipsi per vanitatem mũdi sine delectatione quibus dñs reuelabit ea que alijs sunt abscondita. s. vmbracula misteriorũ et omnes qui sũt [in tẽplo] sic consumato pro tantis benefitiis [dicent gloriam dño] Ideo etiam date gloriam domino quia sanctos suos in ecclesia quasi in archa noe constitutos. Inter fluctus huius seculi illesos inhabitare facit] sicut seruauit inter fluctus ꝙ aquaruꝫ inundationes existentes in archa noe ꝙ deinde in

UVA. BHSC. IyR_052

templo sedebit dominus rex regnans in eis ⁊ regens eos vsqzquo deducat eos ad portū stabilitatis eterne. ¶Domi nus virtutem populo suo dabit] contra huius mundi pro/ cellas ⁊ turbines dimicanti ⁊ tādez [dñs benedicet populo suo] in eum credēti ⁊ mandata eius obseruāti [in pace] eter na in se ipso qui est pax nostra.

Psalmus. xxix. In quo de resurrectione christi. Christus homo gratias agēs pro resurrectione suainquit

¶Omine] sublimitatem tuaz gloriose [laudabo] ampliando nomē tuū per multas gentes [quo niam suscepisti me] de morte in resurrectione de clinando me gloria imortalitatis ⁊ quia nō per misisti diu inimicos meos iudeos et demones iocundari [⁊ delectari super me] quia inimici qui letati sunt in cruce in resurrectione tristes effecti sunt ⁊ deuoti gaudio magno floruerunt. ¶Domine deus meus clamaui ad te] in passio ne [⁊ sanasti me] in resurrectione ab omni corruptione ⁊ in firmitate carnis quia in corpore glorioso et imortali me resurgere fecisti. [Celeriter o domine. Eduxisti ab inferis animā meam] cum alijs animabus sanctis que ibi detine bantur [saluasti me de lacu inferni] vbi sunt anime pecca torū ne sicut illi preceps caderem in mortem. ¶Quia aūt resurrectio que precessit in capite speratur in membris si cut promissum est eis hortatur prophetа ut agant gratias deo dicens. Ideo uos. ¶O sancti dei] has promissiones ha bentes [psallite dño] bene operādo [⁊ laudate eum] quia ex sua bonitate [⁊ sanctitate memor fuit nostri ut sanctificet nos. Ideo etiā psallite dño ⁊ confitemini dño. ¶Quoniā ira] eius cito trāsiens est quia si aliquādo iratscatur suis ad correctionem est ⁊ in breui tempore [vita] uero [in volun/ tate eius] siue propitiatione eius est non enim vult morte peccatoris sed ut conuertatur ⁊ viuat. Huius misericor/ die ⁊ clementie diuine signū ostendit. Prophetа dicens. In tam modico tempore sicut est inter. ¶Vespertū] ⁊ ma/

UVA. BHSC. IyR_052

tutinū fletus ira dei ad miſericordiā ſi in veſpere ducat [fletū] peccatores puniēdo cito tranſibit [ꝙ ī mane] dabit [leticiā] eos conſolando. Ego autē in confidentia diuini/tatis [cuius plenitudo habitat in me] [dixi] hoc [non mo/uebor] a voluntate dei ſed que placita ſunt ei ſēper faciā.

Et ſicut ego dixi tu ex gratia tua feciſti quoniā [preſti/tiſti puritati] mee ꝙ innocentie mee [virtutē] perpetue ſta bilitatis in bono quod non de humana natura habeo ſz de tua voluntate ꝙ gratia qua naturā humanitatis mee tue diuinitati copulaſti. Quod patet quia. Cū auertere viſus es [tue diuinitatis preſentiā a me quando paſſioni me expoſuiſti infirmitas carnis mee [attrita eſt] ꝙ ſenſua litas turbata. Tunc dixi. [Ad te] pater [dñe] pater [cla/mabo] in articulo paſſionis petens auxiliū [ꝙ ad deū meū deprecabor] pro immortalitatis gloria habenda ꝙ pro te dēpto populo morte mea dicens. Que vtilitas in effuſi/one ſanguinis mei [qui ſine culpa mea effuſus eſt ſi non ſtatim reſurgā aut corpus meū fuerit ī ſepulchro [corrup tū corruptione putrefactionis certe nulla quia in tali ca/ſu non fuiſſet credita eius diuinitas ꝙ per conſequens ho mines non fuiſſent conſecuti vtilitatē. Inducens aliaz rationē ait. Nunquid confitebitur tibi [confeſſione lau/dis [corpus reſolutū in puluerē] planū eſt ꝙ nō [aut annū ciabit veritatē tuā] certe non Unde apoſtoli ceſſauerunt a predicatione q̄diu fui in ſepulchro. Gaudens xp̄us de reſurrectione ſua ait. [Audiuit dñs] me deprecantem [ꝙ miſertus eſt mei] faciendo me a mortuis reſurgere [do minus factus eſt adiutor meus] quia non dedit ſanctū ſu um videre corruptionē ſed me dedicauit gloria immor/talitatis. Criſtus exponens modū quo pater miſertus eſt ei ait ad patrē. Conuertiſti planctū meū [quem habui tempore paſſionis quo dixi triſtis eſt anima mea vſq̄ ad mortem ꝙ planctum quo me plangebant apoſtoli ꝙ ſācte mulieres [in gaudium] in reſurrectione mea ꝙ carnē meā

UVA. BHSC. IyR_052

⌊saccum⌋ in quo latebat preciũ redemptionis ⌊scidi per/
misisti⌋ clauis ⁊ lancea in morte sed in resurrectione mor
talitate destructa immortalẽ fecisti ⁊ ita ⌊circundedisti
me⌋ gloria imortalitatis cũ sũma ⌊leticia. Hoc quod mi
chi fecisti. Cedet in gloriã tuã⌋ erit eniz causa vt lauderis
a me ⁊ a meis ⁊ vere circundedisti me leticia quia vlteri
us ⌊non sentiã punctiones passionũ⌋ sicut ante quia mors
non dñabitur michi vltra ⌊dñe deus meus ineternũ lau/
des⌋ maiestatis tue ⌊decantabo⌋ per me ⁊ meos.

Psalmus. xxx. in quo monetur iustus ne de se
presumat sed de dei misericordia cõfidat.

Vox filij ex assũpta humanitate ait. O deus pater.

i N te dñe speraui⌋ sicut in protectore fortissi/
mo ⌊non confundar ineternũ⌋ ⁊ si tẽporalẽ susti
neã confusionẽ a iudeis ⌊in iusticia tua libera
me⌋ vt non sim detentus in morte hoc eni exi/
git tua iusticia vt cuz non sim debitor mortis mortẽ ta/
men pro redẽptione humana susceperi in morte non sim
detentus sed celeriter resuscitatus exurgã. Exaudi me hu
milẽ ⁊ festina vt eruas me⌋ a morte tercia die resuscitan
do ne differas vsq; in cõmunẽ omniũ resurrectionẽ meaz.
O tu deus pater qui omia saluas ⁊ protegis. Esto mi/
chi deus protector vt me vndiq; tuo valles auxilio⌋ vt
nulle iudeorũ impugnationes me ledant sis michi securi
tas in qua quiescã. i. fac me resurgere ⌊vt saluũ me faci/
as⌋ a morte qua se iudei putant me posse dãpnare Ideo
te ⁊ non alium quero. Quoniam fortitudo mea⌋ ad tol/
lerandum persecutores ⌊⁊ refugium⌋ ad euadendum eos
⌊tu michi es ⌊propter nomen tuum deduces me. i. facies
me transire de morte ad vitam de corruptione ad incor
ruptionem de pena ad gloriã ⌊⁊ enutries me⌋ multiplicã/
do ⁊ paulatim augendo corpus meuz quod est ecclesia.

UVA. BHSC. IyR_052

Et a. Laqueo mortis] quo me omnino perdere iudei occultis machinabantur insidijs [educes] beneficio resurrectionis frustratis omnibus iudeorum consilijs contra me preparatis [quia domino protegente] nulla potest aduersitas prevalere. Potestati tue cōmendo spūz meū] cito eum recepturus deinde populus fidelis cristi passione redēptus de resurrectione capitis letus dicit gratias agens [redemisti me domine deus veritatis] non fallens in promissione quod enim per prophetas promisisti in tua morte adimpleuisti. Populū tuū redemisti sed. Odisti observantes] ꝙ amantes vanā beatitudinē seculi diuicias dignitates gaudia seculi que vtiq; vana sunt quia labilia non tantum vacue [sed supervacue] obseruātur quādo ita amantur vt celestia contēpnantur. Illi obseruant vanitates. Ego autē speraui] non in pecunia honore aut in aliqua humane potestatis sublimitate que oia pereunt. sed [in dño] qui est veritas ꝙ vita ꝙ ideo [exaltabor ꝙ leta bor in misericordia tua] que non fallit non in mea justicia. Quia misertus es humilitatis mee] tā mētis ꝙ corporis qua vsq; ad mortez me exinaniui ꝙ grata tibi fuit [saluasti a peccatis] a quibus homo se saluare nequit animā meā] immunē ab omni peccato conseruando. Quia sic saluasti me ideo. Nec concluisti me in potestate dyaboli] eū michi dñari permittendo ita vt non respirare in libertatē qui non habet in me quicq; ymo [statuisti in loco spacioso pedes meos] quia non solū in iudea sed p oīa regna mundi apostoli firma fidei stabilitate firmati ꝙ successores eorū predicant nomē meū. Et quia licet me nō concluseris in manibus inimici insurgūt tamē aduersus me insidie multe iudeorum ideo. Miserere mei quoniam tribulor] adeo [q turbatus est in furore] iudeoruz se nientium in me [oculus] rationis mee [affectus] sensualitatis [ꝙ memoria mea] hic turbatus sum. Quoniaz vita mea] temporalis per longas ꝙ graues passiones vsq; ad mortē ꝓducta est ꝙ omne tēpus quo in hoc seculo vixi

UVA. BHSC. IyR_052

⌊deficit⌋ in gemitibus in angustijs ⁊ supplicijs diuersis. ⁊ Infirmata est virtus⌋ ⁊ confidentia animi⌊in pauperta/te⌋ ⁊ defectu bonorū ⁊ paucitate credentiuz quoniā in pre senti vita pluzes sunt peccatores ⁊ infideles: pauci vero sancti⌊⁊ firmitas ⁊ virtus⌋ qua cōpago corporis mei sus tinetur ⌊debilitata est⌋ quasi deficiens a vigore suo. Pre ter predicta turbatus sum quia. ⁊ Factus sum super oēs inimicos meos⌋ .s. qui torquētur pro sceleribus suis⌊ob probrium⌋ ⁊ contēptibilis valde⌊vicinis meis⌋ qui in vi cinitate fidei appropinquabant qui licet adhuc non crede rent credere tamen disponebant sed vidētes me in cruce pependisse a credulitatis vicinitate remoti sunt duz pati videbant qué adorandū esse putauerunt ⁊ etiaz factus sū ⌊timor notis meis⌋ apostolis ⁊ discipulis meis q̄ me cap to fugerunt. ⁊ Et etiā illi. ⁊ Qui minus scripturis credē tes⌋ viderunt me in cruce⌊foras⌋ .i. a fide deitatis latētis in me fugerunt estimantes spē suā morte mea fuisse fini tā ⁊ sic obliti sunt mei tanq̄ a corde eorū mortuus sim. ⁊ Et etiā. ⁊ Factus sum⌋ in estimatione perfidorū iudeorū ⌊tanq̄ vas perforatū⌋ ad nullos vsus vtile ⁊ p cōsequēs abiciendus ⁊ hoc ideo⌊quoniā audiui⌋ ⁊ paciēter sustinui ⌊vituperationē multorū cōmorantiū in circuitu⌋ .s. cir/ca crucē assistentiū vel qui in iherusalē morabantur qui non cognoscebant me esse deū. ⁊ Cum simul conuenirēt aduersū me in eo consiliati sunt vt acciperent⌋ seu tolle/rent per mortē⌊vitā meā⌋ Sed contra eoruz consilia iter hec obprobria ⁊ scandala⌊ego in te speraui⌋ non in homi nem: ichil securius est q̄ sperare in dño⌊dixi deus meus es tu⌋ qui me creasti ⌊in dispositione tua sunt sortes⌋ tam vite q̄ mortis mee: q̄a quādo vis viuimus vel morimur

⁊ Et quia tu es deus meus. ⁊ Eripe me de potestate dya boli⌋ ⁊ ministrorum eius qui me odio habent⌊⁊ a perse quentibus me⌋ qui michi mala inferunt. ⁊ Illustratio respectus tui super me seruum tuum⌋ secundum formaz humanitatis effulgeat infundendo gratiam ⌊saluum

UVA. BHSC. IyR_052

me fac⌋ nō in iusticia mea non in meritis meis ⌊sed in tua misericordia non erubescā⌋ exultantibus michi malis sz saluer ab hijs persecutionibus ⌊quoniā inuocaui te⌋ q̄ potens es me exaudire. Erubescant impij⌋ .s. iudei qui cristū crucifigentes ⁊ gentiles qui deū verū non cognoscentes ydola ⁊ lapides inuocant ⁊ vmbris infernalibus socientur fac obmutescere ⌊labia dolosa⌋ que hic garrula sūt dū non timent iudiciuz. Que labia dolosa ⌊loquūtur aduersus iustū⌋ cristū iniquitatem irridentes crucifixū ⁊ cōtempnentes tanq̄ purū hominē ⁊ peccatorē in quo peccauerunt primo ⌊in superbia⌋ quia creatorē suū contēpserunt. Secundo ⌊in abusione⌋ quia eū cui plurimū debebant ratione beneficiorū crucifixerunt. Ista cernēs propheta ait Q̄ q̄ magna multitudo dulcedinis tue⌋ deus Q̄ q̄ta gloria in futura beatitudine disposita sit electis tuis plane inestimabilis incōprehensibilis ⌊ quā⌋ modo ⌊ abscōdisti in temetipso vt plus desideretur in futuro vero patebit⌋. Quā dulcedinē⌋ modo absconditā ⌊ consumabis⌋ in aperto in futura vita hijs qui vsq̄ in finem perseuerātes ⌊te expectant⌋ qui ⌊in conspectu hominū⌋ nō erubescūt confiteri quod credunt sed fidem suam libere confitētur. Coram facie tua que nunc abscondita est hominibus⌋ tanta pace ⁊ quiete fruentur electi tui vt ab omni ⌊humana perturbatione⌋ inperpetuum sint securi Sicut electos tuos in futuro abscondes ita nunc ⌊in tabernaculo ecclesie militantis⌋ in qua milicia exercemus ⌊proteges a contradictione linguarū⌋ omniū scismatum ⁊ heresuz que cōtradicunt veritati cristiane doctrine in ecclesia eni inuenitur defensio secura ab huiusmodi contradictione linguarū. Quia tot facit sāctis suis. Benedictus dominus quoniam mirabilē fecit misericordiā suaz⌋ in me ⌊in ciuitate iherusalem munita⌋ tunc quando me ibi ⁊ docere ⁊ miracula facere ibi etiam pro hominū salute mori voluisti ibi quoq̄ gloriam resurrectionis mee ostendisti vt merito sit q̄ in iherusalem potentia tua misericordiam suam

UVA. BHSC. IyR_052

mirã fecit vbi declarare tam ingẽtia sacraméta delegisti. Ego stupefactus cũ in me horribiliter iudei seuirẽt dixi in stupore meo ita vilis reputatus sũ vt videar esse proiectus a facie oculorũ tuorũ .i. a conspectu misericordie tue. Et quia sic humilé me exhibui q illi me derelictũ q proiectũ a te omnes putabant. Ideo exaudisti vocé orationis mee dũ clamaré ad te quando in cruce dixi deus deus quare me dereliquisti quibus clamoribus exauditũ est cũ resurrectionis gratiaz consecutũ ad tuã dexterã me collocasti. Cristus homo pro collatis sibi beneficijs sanctos cõmouet vt ament dominũ dicẽs. Diligite dominũ omẽs sancti eius quoniã veritaté requiret in iudicio premia diligentibus se conferendo q retribuet habũdanter superbis condignaz punitionẽ. Ergo vos omnes qui incepistis bona operari. Viriliter agite in inceptis bonis constantissime perseuerando ne feminea mollicie deficiatis q confortetur cor vestrũ ne se a recto proposito aliq̃ carnis imbecillitate seducatur omẽs qui speratis i dño

Psalmus. xxxi. in quo agitur de penitentia. Vox prophete.

b Beati beatitudine spei quorũ remisse sunt iniq̃tates q quorũ deleta sũt peccata vt a deo nõ puniantur amplius propter ea. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatũ ad eternaliter puniendum q non est in spiritu eius dolus siue fraus vt aliud in labijs aliud in cogitatione vt cũ sit peccator iustũ se predicet. Et ostendẽs ꝙ periculosũ sit peccatũ celare in cõfessione ait. Quoniã tacui a confessione peccatorũ meorũ defecerunt in fortitudine oẽs vires mee interiores peccatorũ mole depresse q debiles facte sunt ad resistẽdũ peccato dũ clamoré presũptuose tota die me iustũ iactando: merita mea cũ ex me nõ haberem nisi peccatũ iste tacuit confessionem clamauit de meritis presũp/

UVA. BHSC. IyR_052

tioné ꝙ sic tacuit vnde proficeret nó tacuit vnde deficeret
Uerú. Quia baculus correctionis tue me superbum
tetigit assidue ꝙ in ipsa assidua tribulatione flagellorum
meorú cóuersus suꝫ ad conoscendú miseriá meá ꝙ culpá
meá plangendá dú remorsus cosciencie infigitur cordi
meo. Postꝙ te iratú michi cóperi quia tacuerá nó vlte/
rius tacui sed. Delictú meú omissionis cognitú tibi fe
ci per verá confessioné ꝙ satisfactioné ꝙ iniusticiá meaꝫ
quá cómisi faciendo non facienda non absondi sed ape
rui vt operires tu detexi vt tegeres tu. Propolui cófite
ri iniusticiá meá dño accusando ꝙ dápnando me non ali
os ꝙ tu misericorditer indulsisti impietaté peccati mei
Pro hac peccatorú remissione ꝙ venia orabit ad te ois
sanctus vt eá sibi valeat impetrare quia nemo est hic a
peccatis immunis Unde nullus sanctorú est qui assidue
non dicat dimitte nobis debita nostra orandú auté est iu
tépore oportuno .s. gratie ꝙ vite presentis quia in alia
vita nemo preficue confitetur. Uerútamen ꝙ si sanctus
orat pro venia peccatorú ꝙ etiaꝫ in tempore oportuno
illi tamen qui sunt defluétes ꝙ natátes in carnalibus có
cupiscencijs vel erroribus diuersarú sectarú non appro
pinabunt ad deú quia errores sequútur nisi prius aqua
confessionis peccatorú ꝙ humiliationis cordis mundétur
Merito sancti orare debent quia. Tu es refugiú meú a
tribulatione huius seculi vel peccatorú ꝙ circúdedit me
exultatio mea cuius ope subsisto cuius sépet pśidio tutus
sú in cuius spei consolatione requiesco eripe me a circú/
dantibus me demonibus ꝙ malis hominibus qrentibus
me impellere ad recidiuú. Respondet dns peticioni peni
tentis. Intellectum tibi dabo ad cognoscendum agen/
da ꝙ instruam te vitare vitanda in via hac mandato/
rum dei qua gradieris firmabo super te oculos miseri/
cordie mee te protegendo ne aliquis tibi nocere possit.
Illuminatus vero jam penitens conuertit se ad alios
superbos peccata sua defendétes monens eos ad peniten
tiaꝫ dicens O vos peccatores Nolite fieri supbi sicut

UVA. BHSC. IyR_052

equus] qui erecta ceruice incepit: aut stolidi ꝙ pigri [sicut mulus quibus non est intellectus] sed sequitur appetitū sensualem viuentes vita brutali. Penitens dolens de perditione taliū hominū qui more brutorū animaliū viuūt erat vt nolentes acquiescere arceantur flagellis ad aq̄escendū dicens. In chamo ꝙ freno] .s. maiori ꝙ minori tribulatione secundū diuersitatē culparū ꝙ personarū [superbiā ꝙ contumaciā constringe] ꝙ contunde iactantiā eorum [qui non approximant ad te] humiliando se ꝙ obediendo ad nutū. Bene monui vos nolite fieri sicut equus ꝙ mulus quia. Multa sunt flagella peccatoribus] preparata hic ꝙ in futuro maxime vbi peccatoribus obstinatis grauissima sunt reseruata [sperātes autē in dño] vera spe [misericordia circundabit] vndiq; ne sit locus hosti ad intrādū. Quia misericordia dicitur circundare sperātes in domino propheta inuitat iustos ad exultādū dicens. O vos iusti quibus iudicia dei placent. Letamini in domino] q̄ iuste omnibus retribuit gaudio interiori [ꝙ exultate] gaudio exteriori [ꝙ vos recti corde] qui conformatis voluntatē vestrā volūtati diuine [gloriamini in dño] omnia bona opera vestra ad gloriā dei referentes.

Psalmus. xxxij. in quo propheta exhortatur fideles laudare deū..

e Exultate iusti in dño] non in mundo alias nō essetis iusti Non enī est iustus qui non gaudet in iusticia deus autē iustus est ꝙ iusticias diligit ꝙ declarans quorū laudatio sit deo accepta subiungit dicens [rectos decet collaudatio] recti autē dicūtur qui cōformātur volūtati diuine q̄ est prima regula rectitudinis a qua q̄ deuiat distortus ꝙ curuus est. Circa modū laudandi deū propheta describēs instrumēta musice spūalis q̄bus diuine laudes sūt cātande dicēs. Laudate dñm in citbara] .i. in operibus actiue vite [ꝙ in psalterio] .i. in operibus contēplatiue vite q̄ sursū ad deū tēdit

UVA. BHSC. IyR_052

per obseruantiam decem preceptorum. Cantate ei canti/
cum] gratie quod nouus homo nouus rex attulit mundo
cantate ei quia incarnatus est/cantate quia natus est no/
bis cantate quia nouam legem dedit mundo cantate quia
passus est cãtate quia resurrexit quia ascẽdit⁊ sedet ad dex
tram patris nouа sunt omnia ista cantica ⁊ a prioribus in
audita [bene psallite] ei bonis operibus [letitia maiori q̃
potestis· Cantate] dico [domino quoniam verbum] pro/
missionis eius uerum est in oibus ⁊ nullũ fallit [⁊ oĩa opa
eius fidelia] nichil enĩ promittit sanctis suis quod nó red
dat. Bene dixi rectum est verbum dñi quia. Dilexit mi
sericordiam] ⁊ vbiq3 longe lateq3 disseminat videlicet ubi
sustinet peccatores vbi plasphemos patienter expectat ubi
vitam prestat indignis ⁊ hỹs similibus: diligit quoq3 [iudi
cium cum pios sequestrat ab impỹs ⁊ eorũ merita] equita
tis qualitate discernit [misericordia domini plena ẽ terra]
vbiq3 terrarũ predicata est vbiq3 a domino concessa est pe
nitentibus remissio peccatorũ in omni re apparet eius mi
sericordia quia omnia ex voluntate ⁊ misericordia eius de
pendent. Laudandus est deus ratione potestatis cuncta
creantis nam. Verbo domini celi] .i. filio dei patris [fir
mati sunt] stabiles ⁊ icorruptibiles facti [⁊ spiritu] sancto
qui procedit a filio qui est os patris [omnis uirtus eoru3]
regendi ⁊ influendi super ista inferiora. Item ipse est qui
Aquas maris] que primo erant. diffuse [congregauit in
vnũ locum sicut in vtre] quia mare littoribus clausit et
coartatur [posuit etiam in concauitatibus occultis siue vis
ceribus terre abissos] .i. copiositates immensas aquarũ:
Quia autem tã potens est dominus. Timeat eum] timo/
re filiali [omnis homo ⁊ ab eo cõmoueantur] ⁊ si nó amo
re saltim timore omnes peccatores terre de statu peccati
ad penitentiam. Ideo ipsum timeant cuncta. Quoniaz
eius impio ⁊ iussu facta sũt] ⁊ sicut simplici volũtate sua
omnia creauit de nichilo ita potest ad nichilũ cuncta redi/
gere. Timendus etiam ⁊ laudandus est dominus quoniã
ipse est ita potens q̃. Dissipat] non tantum facta sed [con

UVA. BHSC. IyR_052

silia secreta [gentium] vt non habeant effectum secundū q̄ consiliatur sed secundū q̄ deus disponit/spūaliter dissipa/uit consilia volentiū dissipare legem christi [reprobat cogi tationes populorū] vt fecit de cogitationibus iudeorū q̄ cogitauerunt ipsum interficiendo nomen christianū extin guere de terra [q̄ reprobat consilia principū] tyrānorū in surgentium contra ecclesiam quia non est in potestate eo rum q̄ secundū intentum assequātur effectum sed in ordi natione diuina. [Consilium aūt domini] quod intelligimus incarnationis archanū quod ad consulendū humano gene ri constat esse concessum nulla etate dissoluitur sed [inceter nū stat q̄ dispositiones sapientie eius] non sunt mutabiles sed [insempiternū stant. [B]eata ergo gens cuius est domi nus deus eius] per ueram fidem q̄ verū cultum [populus quez elegit] electione predestinationis que infallibiliter cō sequetur effectum in possessionem perpetuam tanq̄ [here/ditatem sibi. Bene beata gens illa quia. [D]ominus de al titudine] sue maiestatis respexit oculo misericordie mittē do ei filiū suū incarnandū [vidit] misericorditer [omnes fi lios hominū pertinentes ad corpus filij sui amando q̄ ap/probando. [D]e habitaculo] assumpte humanitatis in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis quod ab inicio in pre destinatione [preparatum siue dispositum est] ad salutem mundi cepit tamen in tempore esse per mariam virginem nascendo [respexit] misericorditer ut presit illis ad regen/dum omnes [qui habitant per omnes partes terre. Vere respexit omnes quia ipse est. [Q]ui finxit] siue formauit [omēs animas] in singulis hominibus ex nichilo per se ip sum non ex vna omnes nec ex sua substantia vt quidā he retici dixerunt q̄ ex hoc concludens ait [qui intelligit om/nia opera eorum] tam bona q̄ mala q̄ nō tantū opera sz etiam eorū cogitationes plene cognoscit. Ceterum colen dus est deus quoniam ipse est a quo omnis salus tam spi ritualis q̄ corporalis pendet ḡa. Non saluabitur rex per multam virtutem] sui exercitus nisi assistat sibi diuinū au xilium [q̄ gigas non saluabitur i multitudine virtū corpo/

UVA. BHSC. IyR_052

ris ui nisi diuina virtute sit adiutus. Equus etiam est fal lax ad salutem sepe fallit sessori suo q ita per habundãtiã fortitudinis sue sessor eius nó saluatur sed sepe eu3 ad rui nam q interitum terre collidit q ita superbia potentia mũ dane felicitatis fallit q ad interitum eterne dampnationis perducit. Cum ergo nullus in virtute sua saluatur vnde querenda est salus respondet prophetа q a deo dicens. Ec ce oculi dñi .i. respectus misericordie sue est qui saluat et protegit qui oculi sunt super timentes eum q amantes q nó super de se presumentes ut eos diligenter custodiat et in eis qui sperant nó in viribus suis aut meritis sed i mi sericordia eius. Oculi domini sunt super timentes eum. Ut tandé eruat eos a morte .i. a potestate dyaboli quod facit cum per indulgentiaz efficit liberos quos peccati dã nati fecerat esse captiuos q alat eos sempiterne veritatis pane nutriendo. Ideoq3. Anima nostra interim sustinet dominum patienter expectans promissioné eius q potest sustinere quoniaz dominus adiutor noster ad bonũ q pro tector contra malum noster est. Ideo sustinédũ. Quia tũc in alia vita cũ pro operibus premia suscipiemus ple ne letabitur cor nostrum in eo q interim sperabimus non in meritis nostris sed in filio suo sancto q benedico saluatori nostro qui cũctos saluat sperantes in se. Spera uimus quidé q ideo. Fiat misericordia tua super nos quẽ admodũ sperauimus iu misericordia tua non in potentia aut in iusticia nostra.

Psalmus. xxxiij. In quo de muta/
tione veteris sacrificij in nouum.
Vox prophete in persona omnium electorum.

Benedicã dominũ corde q opere in omni tẽpo/
re prosperitatis q aduersitatis nec pro aliquo
timore tacebo assidue temporibus oportunis.
laus eius in ore meo In domino laudabitur a
nima mea non in sapientia mundi aut sublimitatẽ verbo
rum sz in domino a quo est omne quod laudabile est i me

UVA. BHSC. IyR_052

laudiant hoc mansueti qui. s. temperãtiam habent omnium rerũ & letentur quia habent me sociũ laudantem et benedicentẽ ut sint participes remunerationis eterne. Et ideo propheta ex feruore caritatis subiungit o mansueti. Magnificate dñm mecũ laudando eum & predicando magnũ esse & exaltandũ predicemus cultuz nomnis eius recoꝛditer. Merito inuitaui vos ad magnificandũ deum quoniam plurimũ vtilitatis inde michi pꝛouenit. Exquisiui enim dñm in oratione & exaudiuit me & eripuit me hic a multis tribulationibus sed vniuersaliter eripiet ab omnibus in futuro cũ mortale hoc induerit imortalitatẽ: Quo circa. Accedite ad noui sacrifitii cõmunionem passibus mentis per cogitationem & deuotionem & illuminamini ab eo qui est lux vera & facies uestre non patientur repulsam in orationibus suis nec fꝛustrabuntur mercede sua. Vere accedentes cum deuotione ad eũ non confũdentur quoniã ego. Pauper spiritu clamaui in oratione & dominus exaudiuit me & ex oibus tribulationibus meis eripiet me in obitu transeuntem ad se. Saluauit quidez quia magni cõsilii angelus ihesus cꝛistus. Immittet splẽdorem sui luminis protegendo in circuitu timentiũ eum & eripiet eos ab omni impugnatione demonũ & hostiuz ceterorum. Hoꝛtans propheta fideles ad percipiendã sanctissimã cõmunicationẽ coꝛporis & sanguinis cꝛisti ait. Hustate dominici coꝛporis resuꝛrectionem & videte. i. intelligite quoniam suauis est dominus palato coꝛdis qui peccata dimittit & homines virtutibus oꝛnat & tandez cõfeꝛt vitam eternã & quia talis est beatus vir qui nõ in legalibus sacrificijs sed qui sperat in eo. s. domino miser q̃ sperat in se vel in hominibus sed qui in domino iam beatus est quia eum iam habet spe qui est omne bonũ. Quãuis aũt dominus suauis sit. Timete tamen dominũ timoꝛe filiali cauete offendere eum omnes sancti eius quoniã nõ est inopia timentibus deũ presentia enim cꝛisti per gratiam quã in se sentiũt timentes eum sufficit eis pro omni bono ymo alia bona eis dissipiũt nisi quãtũ necessitas exi-

UVA. BHSC. IyR_052

git. Non est inopia spūalis ⁊ veri boni timentibus deum sz [diuites] seculi superbi deū non timentes [eguerūt] mentali refectione [⁊ esurierunt] quia minime domini corpore satiātur/o q̄ multi magnas copias diuitiarū habent in seculo ⁊ saturati ventre qui pauperes sunt fide ipsa [inquirentes aūt dominū] toto corde fide ⁊ deuotione [nō minuētur perfecto bono] quia spūalia habebūt ad votū ⁊ temporale ad necessitatem. Nam cū diligimus dn̄m in ipso oīa reperimus vnus est qui queritur sed in quo omnia cōtinētur/o lucrū mirabile o compēdium singulare cur nos per diuersa fatigamus ad ipsum ergo vnanimiter festinemus post quem bona cūcta non queremus sed tenemus. Ne aliquis pretendat ignorātiam timoris dei propheta subiungit de hoc doctrinā dicens. Venite filij] per desiderium discipline [audite me et timorem] filialem [dn̄i] qui est iniciū sapientie sanctoruz [docebo uos. Quis est homo qui vult vitam] beatā in qua nullus moritur [et diligit dies videre bonos [prosperos ⁊ eternos in quibus iocūdetur cū sanctis in regno dei faciat supple quod sequitur. Prohibe liguaz tuam a malo] plasphemie detractionis infamationis ⁊ orationis [⁊ labia tua ne loquātur] deceptiones ⁊ falsitates cōtra proximū. Declina diuerte a malo] opere ⁊ [fac bonū inquire cū magno desiderio] pacem] que sūmum bonū est in hac vita ⁊ perseueranter [persequere eā] bonis operibus quousqz ad pacem eternam pertingas. Et hoc ideo quia Oculi] diuine pietatis cōtemplantur [iustos] tanq̄ spūaliter dilectos ⁊ [aures eius] parate sunt ad exaudienduz eos vt quod petūt de eis: Exposita iustoruz gratia conuertitur ad penas malorū. Vultus aūt ire] ⁊ idignationis dei [super facientes mala] ad punieudum eos ⁊ perdendū eos sic [vt non remaneat in terra inter iustos vlla eorū cōmemoratio. Vere oculi domini super iustos quoniā. Clamauerunt iusti] antiqui sicut abraham ⁊ ceteri iusti orando pro liberatione sua [⁊ dn̄s exaudiuit eos] promouendo ī bonis [⁊ ex omnibus tribulationibus liberauit eos] protegenda eos a malis spūalibus ⁊ aliquando etiā a corporali

UVA. BHSC. IyR_052

bus vt tres pueros in camino ꝙ danielem in lacu leonum ꝛc. Non est mirandū si dominus exaudit iustos quoniā Juxta est dominus] non loco quia deus non est localis ſz auxilio paratus ad ſubueniendū vel liberando eos uel virtutem patiētie tribuendo ad maius eorū meritū [ꝙ humiles ſpū ſaluabit] quoniā ipſorum est regnū celorū. Dico humiles saluabit non vtiqz ut nichil hic patiantur quia. Multe tribulationes iustorū] quia a dyabolo ꝙ ab inuidis hominibus siue ex propꝛijs passionibus sepe affligūtur hoc permittente deo ut per patientie meritum veniant ad maius premiū ſz in futuro [de omnibus hijs liberabit eos dominus] quando absterget deus omnē lactimam ab oculis sanctorū suorum. Interim in electis suis . [Ossa] .ſ. firmamenta fidei patientiaz ꝙ alias virtutes illesa finaliter [custodit vnū ex hijs non peribit in eis] non māsuetudo piram quia non murmur resonat non presentia per iniustitiam ymmo in patientia possidebūt aias suas. Non sic erit de malis quia. Mors peccatorum pessima] mors corporalis mala non quia est priuatio corporalis vite mors spiritualis que est priuatio vite gratie peior ꝑto vita gratie est melior vita nature/sed tamen nō est pessima quando peccator est in presenti uita in qua potest redire ad spiritualem per penitentiam sed mors gehēne est pessima/a qua non est possibilis reuersio ꝙ horū peccatorū potissime mors erit pessima [qui oderunt iustū] cristum dñz nostrū qui per excellentiam dicitur iustus. Mors aūt iustoruz non sic quoniam. Redimet dominus animas seruorū suorum] precio mortis sue quoniā qui in ipsum recte credidit a peccatorū debita captiuitate redimentur [ꝙ non deliquet] finaliter qui spe caritate formata [sperant in eo] in quo est remissio peccatorū.

Psalmus. xxxiiij. In quo de christi passione.

Vox cristi ex parte humanitatis conquerētis de iudeis ꝙ ultionē expetētis de eorū i hūanissima persecutiōe ait

UVA. BHSC. IyR_052

Judica domine] iudicio cõdempnationis iude/
os [nocentes me] reddendo eis secundũ opera eo
rum [q expugna deuince expugnantes me] iniu
te. Expugna inq̃ q ad hoc. Apprehẽde arma]
pro me ad impugnãdum dando nobis virtutes quibus inimicos arceamus q opprimamus [q scutũ] ad protegendum dando nobis virtutes quibus possimus ictus inimicorum repellere exsurge manifeste [in adiutoriũ michi] presentialiter michi succurre. Euagina gladiũ] ire tue in iudeos mitte. Titum q vespasianũ quibus perdantur in vindictam meã [conclude eos] tanta hostiũ multitudine ut nec vnus quidez de ciuitate egredi uel ingredi possit sed ibi fame cõsumãtur [qui persequũtur me] fac manifestũ per effectum [anime mee q tu es salus] eius. Confundãtur] confusione mala [q timore horrescant] qui satagunt auferre vitã meã Auertãtur] adeo ut sint [retrorsuz] non valẽtes perficere quod intendunt sed deficiãt i posterius [q confundãtur] de peccatis suis [cogitantes mala contra me. Fiãt tanq̃ puluis] vt sicut puluis non potest resistere ventis ita nec ipsi hostibus [q angelus malus] vbicũbz fuerint sẽper eos [affligat q eis dominetur. Fiat uia eoruz tenebrosa] ut non videant quo fugere possint [q lubricosa] vt fugiẽtes cadãt [q angelus domini persequens eos] q cogens ut facileca piantur. Et hoc ideo. Quoniã sine causa] cuz nichil mali eis feciſſem [absconderunt michi] iudei [insidias] latẽter sicut auceps cũ rethe insidiatur aui vt me occiderẽt [q sine aliqua eorũ vtilitate exprobrauerũt animã meam] obprobria michi mendaciter inferẽtes. Laqueus captiuitatis] per romanos principes [quem ignorãt veniat illis q fraus quã apud se] occulte disposuerũt [ut me occulte q improuise caperẽt [apprehendat eos] q subito q improuise capiãtur [q in laqueũ eũdem mortis] quem michi moliebantur [cadant ipsi. Hec predicta illis fient Anima aũt mea] in domino a malis oibus liberata [exultabit in dño] recõgnoscẽdo a deo suscepta beneficia [q delectabitur] i saluatione qua saluata est in resurrectione. Letabuntur] etiam mei inte/

UVA. BHSC. IyR_052

surrectione mea quoniam [omnia ossa] .i. apostoli ⁊ predi catores fortiora membra corporis mei letabũtur gratias agẽtes q̃ post resurrectionẽ vbiq3 terrarũ laudabũt ⁊ p̃dica bũt [dicentes dñe quis similis tui] nullus. Quoniam tu es. [Qui eripuit] genus humanũ cui non erat adiutor [de potestate dyaboli ⁊ membrorum] qui naturaliter fortiores sunt homine ⁊ idem genus humanũ [egenum] sapientia [⁊ pauperem] virtutibus [eripuit] a potestatibus tenebrarum quarũ tãta est potestas ut possent [diripere] pauperes tuos nisi tu adiuues. Surgentes testes iniqui] sicut principes iudeorum ⁊ inducti ab eis [interrogabant me] vt possent extorquere aliquod verbum aut factum dignũ reprehensi/ one quod scientia approbationis [ignorabã] :i. quod nunq̃ sciuissem facere. De ipsorũ ingratitudine subiungẽs ait. Retribuebant michi mala pro bonis factis] tam in vete ri testamento q̃ in nouo ego attuli eis vitam ipsi mortẽ retribuerũt ego honores ipsi cõtumelias ego medicinã ip si vulnera cũ tamen cibus meus esset fides ⁊ salus eorum in omnibus hijs retribuebãt [sterilitatẽ anime mee] quia in eis fructum fidei reperire non potui. Illi retribuant michi mala. Ego autem cum michi molesti essent] et in me seuirẽt [indutus cilicio] carnis humane similis alijs ho minibus non exercui potẽtia diuinitatis in eos sed magis quasi vnus de peccatoribus reputatus omnia patiẽter su stinui. [Affligebar] in anima mea [ieiunio] illo q̃ nulla bo na opera in iudeis inuenirẽ que in epulas spirituales assu merem qui tamen esuriebã ⁊ sitiebam salutẽ eorũ ⁊ nichi lominus [oratio mea] ex quo detestabiles iudei suscipere non merentur in secretum pectoris mei vnde fuerat egres sa remeabat. Licet michi molesti forent iudei ego tamẽ Sic michicõplacebam] in eis habendo me ad eos sicut ad proximũ ⁊ sicut ad fratrem quãdo eos docebaz ne delin/ querent quando pro ipsis in cruce positus supplicabam ⁊ tamen cuz nollent cõuerti ego sic humiliabar quasi pater [lugens] filiũ ⁊ [contristatus] de morte filij mei sicut affli gebar de perditione eorũ. Hijs non obstantibus ipi iudei

UVA. BHSC. IyR_052

ingrati ꝙ maliuoli iperia libertate [letati sũt] in hijs que michi aduersa fuerũt [cõuenerũt in vnã prauã volũtatẽ] vt me cõprehẽsũ crucifigerẽt parata sũt sup me varia tor mẽta ꝙ ignorabã quare hoc michi faciebãt q̃a. s. nõ pro/ merui. Dissipati sũt] i. dissoluti ꝙ attoniti visis miracu lis in passione dñi sol tenebras accepit: terra tremuit: ve lũ tẽpli scissũ est: nec tñ pre duricia cordis [cõpuncti sũt] de sua iniq̃tate ad penitẽtiã: sed [tẽptauerũt me] dicẽtes si fi lius dei es descẽde nũc de cruce [ꝙ subsanauerũt] deridẽtes [me] dicentes. Vach qui destruis tẽplũ ꝙ i tribus diebus rehedificas illud ꝛc. frẽduerũt super me dẽtibus suis feri no ꝙ bestiali more in me seuiẽtes. Hec michi illi faciũt sed o. Dñe quãdo respicies me] oculo tue pietatis ꝙ mi sericordie vt me resuscites. ozo non diu differas sed [resti tue] tercia die [aiam meã] corpori meo [propter maligni tatẽ indeorũ] qua me morte volũt concludi ꝙ detineri ꝙ a superbia eorũ qui vt leones seuiũt libera [vnicã meã] .i. carnẽ meã q̃ licet sit similis aliorũ hominũ carni vni ca dicitur/ quia de virgine/ quia sine peccato/ q̃a vnita fi lio dei. Restitue dico aiaz meã ꝙ si hoc feceris. Lauda bo te] gratias agẽs [in ecclesia magna] q̃ de oibus gẽti/ bus collecta est [ꝙ in populo graui] ponderatũ virtutibus ac grauẽ ꝙ honestũ bonis operibus ꝙ stabili per virtutez quẽ. non mouet ventus tẽptationis [laudabo te]. Non supergaudeant michi] non letẽtur super me [qui aduersã tur michi] ini quiq̃si victores: quod facerẽt nisi mortuus resurgerẽ qui oderunt me [sine causa ꝙ annuũt oculis] nu tibus ꝙ signis me diligere simulãtes vel alios cõcitãtes ꝙ prouocãtes ad. derisionẽ mei. Vere annuũt michi oculis vt ypocrite ostendentes nefanda dolositate vultu ꝙ ver/ bis quod non habent in corde. Quoniã michi quidẽ pa/ cifice loquebantur] dicentes. Magister scimus quia ve/ rax es ꝙ viam dei in veritate doces ꝛc. hec ꝙ similia ver ba pacifica sunt sed sub adulationis figura dolum conti nebant [ꝙ in iracundia graui quã de terra non perdenda habebãt] .s. ne perderẽt locũ ꝙ gentẽ loquẽtes [dolos cogi tabãt] quomodo me occiderẽt. Et dilatauerũt] i passione

UVA. BHSC. IyR_052

[super me os meū] nō iā ānuētes oculis sed libera ⁊ aperta voce mortē inclamātes crucifige crucifige eū. O scelestc facinus negauit iudex fieri quod populus clamabat impleri cōsequeter in ipsa morte [dixerūt] insultādo ⁊ irridēdo [euge euge] iā viderunt oculi nostri facta tua ⁊ mirabilia ꝙ nichil sūt aut dolosa: vidimus iā ꝙ de te desiderauimus efficere vt suasor plebis cuz latronibus in cruce pēderes. Vidisti dñe impietatē eorū] q̄ crudeles sint illi michi vidisti eorū nequiciā ⁊ meā innocētiaz ⁊ ideo [ne sileas] sed profer sententiā [ne discedas a me] in passione subtrahēdo michi auxiliū. Non discedas a me dñe sancte patet sed potius. Exurge] ostendēdo potentiā tuā q̄ dormire videris dissimulando ⁊ [intende iudicio] quo iudicatus sū a iudeis ⁊ considera quale iudiciū sit: iudiciū sine iure tormenta sine scelere mortē sine peccato [dñe deus meus intēde in causaz meā] pro qua patior que pia est q̄a pro redēptione humani generis patior ⁊ morior non pro peccatis meis. Iudica me secundū iusticiā tuā] q̄ non cōdēpnat innocētes sed impios: ⁊ ostēde me iustū ⁊ innocētē faciēs me tercia die resuscitari [⁊ non supergaudeant michi] quasi victores in causa qui gaudēt me cōprehēdisse ⁊ morti tradidisse. Oro insuper. Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre] .i. bñ bñ ē nobis q̄a fecimus quod voluimus occidimus ostēde eis me tercia die resuscitando ꝙ nichil fecerit ⁊ vt non gaudeāt dicētes [deuorauimus] ⁊ extinximus nomē eius. Sed potius ī clarificatione resurrectionis mee. Erubescant] tanq̄ frustrati intentione sua pessima [timeant omēs simul] penā ⁊ repentinum interitum [qui gratulantur malis meis. Induantur confusione] hic [⁊ erubescentia] sine timore ex omni parte [qui maligna loquuntur sup me]. Econtra orat cristus pro fidelibus adherentibus sibi dicens. Exultēt] exterius [⁊ letētur] īterius [q̄ volūt iusticiā meā] imitari [⁊ dicāt sēper magnificetur dñs q̄ diligunt pacē] quā ego seruus dei posui mea morte inter deuz ⁊ hoīem. Et lingua mea] .i. sācti mei per quos q̄si per propriā linguā meas in ecclesia denūcio volūtates [meditabitur ius

UVA. BHSC. IyR_052

ticiã tuã] nouã legẽ predicãdo q [tota die] presentis vite [te laudabilẽ in ecclesia annunciabit]

Psalmus. xxxv. in quo ostenditur mala nobis bona vero attribuenda esse deo.

Duo sũt genera pecantiũ vnũ quod credẽs legi p ifirmitatẽ tñ carnis q̃ sũt iussa legis nõ cõplet Aliud est genus peius. s. audax quod sibi proponit libera mẽte peccare q̃ de isto propheta loquẽs ait.

Dixit iniustus] .i. deliberauit q̃ statuit [in corde suo] q̃ decreuit apud se vt delinquat vt semper peccet obduratũ cor habẽs q̃ hoc ideo [quia nõ est timor dei] qui ẽ frenũ peccanti [ante oculos eius] Et hoc patet. Quoniã dolose egit i cõspectu eius] q̃a cũ sciret deũ oĩa videre timore tñ eius postposito q̃ lege eius contẽpta deliberauit in corde suo peccare quare cũ propria volũtate nullo impellẽte peccet [iniq̃tas eius odio habetur] apud deũ ad vindictã sẽpiternam. Verba oris iniusti siue iniq̃] .s. iudei vel heretici cuiuslibet [plena sũt iniquitate] quo ad aperta mala [q̃ dolo] quo ad occulta q̃ hoc ideo q̃a [noluit intelligere vt bñ ageret] sed a vero itellectu suo vicio declinãs puersis erroribus polluit q̃ ideo veniã nõ meretur. Iniq̃tatẽ] longe deliberatiõe [meditatus est] in secreto cordis sui dedit se studiose omni generi peccati [maliciã autẽ] omniũ criminũ matrem [non odiuit] sed dilexit. Propheta ostẽdẽs bona omnia a deo esse inq̃t. Dñe in celo. i. celestibus viris specialiter [ẽ misericordia tua] vbi copiosius dona a te emanauerũt hoc eni bonũ quod habẽt vt. s. sint celestes viri altitudie contẽplationis nobilitate cõuersationis q̃ sãctimonia vite nõ ẽ ab eis; sz a te. similiter a te ẽ q̃ amplior [noticia veritatis veniat p reuelationẽ ad doctores p quos tãq̃ p nubes pluẽtes] verbis corruscãtes miraculis ymbrẽ salutis. emittis vt fideles fructũ dẽt fidei q̃ steriles fuerãt aridate peccati. Justicia tua] .i. istitui maxime q̃ apostoli

UVA. BHSC. IyR_052

qui capaces diuine iusticie deuotis vsibus extiterunt [si/
cut montes dei] qui a solis ortu radios noue lucis exci/
piunt ⁊ ad conuallesterrarū refusa claritate trāsmittūt
[iudicia] q̄bus horū misereris ⁊ hos excecas sūt incōpre
hēsibilia ⁊ inscrutabilia ad modū [abissi] Sub tua proui
dētia est status tā hominū electorū q̄ reproborū. Salua
bis] hos. s. reprobos salute corporali tantū nature neces
saria comuniter prouidēdo: electos vero spiritualiter ani
mas eorū saluādo O deus [quēadmodū multiplicasti mi
sericordiā tuā .i. q̄ incomprehensibiliter ⁊ mirabiliter
multiplicasti. Filij hominū] vero rationabiliter viuētes
specialiter in protectione spirituali tua [sperabunt] se re/
cepturos eterna bona que [alarū tuarū] .i. veteris ⁊ no/
ui testamentorū testimonijs describuntur. Merito spe
rabūt iusti in protectione tua quoniā habūdāter ⁊ delicio
se reficis eos Inebriabūtur .i. saciabūtur eni sine fastidio
[ab vbertate domus celestis glorie ⁊ torrēte copiose de/
lectationis tue potabis eos] Quod facere poteris o xp̄e
Quoniā apud te est fons vite] indeficiēs [⁊ i lumine] glo
rie tue eleuati ⁊ confortati [videbimus lumen] tue diui/
nitatis. Pretende] ⁊ longe lateq̄ diffūde [misericordiam
tuā] recte in te corde firmissimo [credētibus] vt in isto se/
culo sub dñi pietate degāt ⁊ iusticiā .i. vite rectitudinem
hijs qui dirigūt se ad voluntatē tuā vt quod bene volūt
perficiant. Pretēde dñe misericordiā vt. Non veniat mi
chi pes superbie] superba affectio nulla mentis elatio mi
chi surrepat [⁊ manus peccatoris] .i. dyaboli impulsio si
ue tēptatio [non moueat me] a statu rectitudinis ⁊ salu/
tis. Bene dixi non veniat michi pes superbie quia. Ibi
ceciderūt] quasi de alto in profundā foueā corruētes oēs
[qui operantur iniquitatē] omnes eniz in superbie vicio
cadunt quia dñi iussa contēpnunt vt primus angelus ⁊
primus homo qui [expulsi sunt] angelus de celo ⁊ homo
primus de paradiso nec potuerunt stare q̄a dñs expulit
eos cui nemo resistere potest.

Psalmus. xxxvi. in quo ostenditur
prosperitas malorū contēpnēda.

UVA. BHSC. IyR_052

Fuerũt qui murmurabãt de flore malorũ ꝙ de labore bonorũ quasi omnia casu regantur contra hunc errorẽ occurrit propheta inquiens.

Noli inuidere male agẽtibus in suis operibus
n vt eadẽ facias aut inuidere prosperitati eorũ
vt illã concupiscas nec amaueris faciẽtes iniq̃
tatẽ sequendo eorũ conuersationẽ q̃a licet eorũ natura
sit diligenda iniquitas tñ eorũ odio habenda est. Ideo
ne emuleris. Quoniã tanq̃ fenũ gloria ꝙ prosperitas
malorũ velociter arescet ꝙ quẽadmodũ viriditas herba/
rũ cito decident quasi diceret breuiter durabit sicut ista
breuiter durant. Noli ergo vir iuste malorũ prosperita
ti inuidere sed. Spera in dño hoc introitus fidei hoc ini
ciũ salutis est ꝙ fac bonitatẽ q̃a fides sine operibus mor
tua est ꝙ inhabita per confessionẽ fidei ecclesiã nõ. recedẽ
do ab ea ꝙ pasceris ad saturitatẽ ꝙ suauitatẽ perhennẽ di
uitijs spiritualibus eius quarũ thesaurus est ipse chris
tus cuius beata visio est eterna sanctorũ omniũ refectio.
Delectare ergo non in desideriis carnis nõ in rebus trã
sitorijs seculi sed in dño pone omnẽ delectationẽ ꝙ dulce
dinẽ ac desideriũ mẽtis tue in eo cõstitue vt suauis sit ti
bi recordatio eius vt ames quẽ times spreta mũdi iocũ
ditate ꝙ dabit tibi petitiones cordis tui quas. s. spiritus
rationalis petit. s. bona gratie ꝙ virtutis. Quas vt det
Reuela explica in oratione tua vitã tuã desideriũ tuũ
dño indica quid pateris quid velis dilectionẽ eius petẽ
do ꝙ cõfide i eo q̃ retribuet tibi ꝙ ipse faciet illud quod
speras ꝙ confidendo expectas. Faciet quidẽ quoniã. E
ducet in publicũ opera iusticie tue quasi lumẽ aliis i exẽ
plũ virtutis ꝙ lq̃ secundũ habitũ iusticie tue iudicas faci
enda faciet prosperari vsq̃ ad perfectionẽ iusticie debitã
sicut ascẽsus solis perficitur i meridie ꝙ faciet clara ꝙ lau
de digna in cõspectu hoim sicut meridiẽ que est clarior ps
diei interi vero subditus esto deo ei humiliter ꝙ deuote
seruiẽdo ꝙ ora eũ pro te pie ꝙ pseuerãter ꝙ cõseq̃ris itẽtũ

UVA. BHSC. IyR_052

Noli indignari in hoie q̃ prosperatur i mũdo isto/ vt velis imitari eũ nõ te terreat impij felicitas q̃a brevis est noli etiã imitari/hominẽ faciẽtẽ iusticias/psequentẽ iustos libere ꝛ impune licet videatur prosperari in malicia sua Sed tu. Desine ab ira/ne irascaris de flore malorũ q̃a inde iraſci ꝛ indignari ẽ contra dñm murmurare ꝛ prope blaſphemare/ꝛ derelinq̃ indignationẽ noli indignari/ de prosperitate malorũ/vt cõformes te eis mala faciendo/ Quoniã q̃ mali sũt/ꝛ si modo floreant/proiciẽtur tũ in futuro extra terminos terre/viventiũ/sustinentes aũt/.s.qui aduersa ferunt ꝛ presentia despiciunt propter/dñm/q̃ nõ fallit ꝛ oia potest/ipsi hereditabũt terrã/viuẽtiuz. Sustinẽtiã aũt istã non longissimã putes quoniaz. Adhuc pusillũ/.i.parũ tẽporis/restat/non ergo tedeat te/ꝛ nõ erit ipius/pro quo genus subtractuz de medio/ꝛ q̃res felicitatẽ eius ꝛ non inuenies/ quia euanuit. Mãsueti aũt/qui patiẽter expectãt bñplacitũ dñi q̃ cor suũ in puritate possident/hereditabũt terrã/ viuentiũ/ꝛ delectabuntur in multitudine/superne pacis q̃ est perfecta vbi nulla guerra nulla seditio nulla discordia sed req̃es opulenta. Tũc in futuro erit pax iustis sed nec bellũ quoniã. Peccator dolens/de bono virtutis iusti/obseruat/occultis insidijs si aliquid possit habere cõtra eũ siue vt capta oportunitate eũ alliciat ad cõsimilẽ vitã:ꝛ si nõ potest allicere motus ad irã/stridet super eũ dẽtibus/malicie vt furens belua vt quẽ non potest subuertere conatur occidere. Peccator aũt sic faciet:sed dñs faciet ꝛ ostẽdet/eum irrisibilem/ꝛ dignum obprobrio iudicabit quia ab intento fraudabit eum/quoniam prospicit q̃ veniat dies/retributionis/eius/. Merito dominus irridebit tales quoniã. Gladium/ multiplicis persecutionis manifeste/euaginauerunt peccatores/aduersus sanctos ꝛ quãdo sic non proficiunt/intenderunt arcum suum/.i.dolos quibus occulte noceant. Intenderunt arcum. Vt.decipiant/dolis pauperem cristi ꝛ humilem spiritu ꝛ euagi/nauerunt gladium/vt trucident/cõstantes/ꝛ firmos in fide xpi/vt martires q̃/recti sũt corde/ꝛz carne trucidãtur

UVA. BHSC. IyR_052

Gladius eorum intret in corda ipsorum] .i. moriantur morte quã aliis parauerũt [q dolus q insidie eorũ] siue potestas nocendi [frustrétur ne valeant adimplere quod male cupiunt] Bene dictũ est superius noli emulari in hoie qui prosperatur in tebus huius seculi. Quoniã melius est modicú iusto] cũ iusticia [ꝙ multa in peccato] melior eni est pauper cũ timore dei ꝙ thesauri magni. Vere melius est. Quoniã brachia] .i. potestas q fortitudo q̃bus impij presumunt [conterentur] in futuro q diuitie in quibus confidebant [iustos autẽ confirmat dñs] ne a bono virtutis moueãtur in prosperis vel aduersis. Cõfirmat autẽ iustos dñs. Quoniã nouit dñs] noticia approbationis [opera] virtutũ q̃ iusti fecerunt q q̃a [sine macula] sũt [hereditas eorũ ineternũ erit. Non confundẽtur] in die iudicij sed honorabuntur quia tunc eis dicetur venite benedicti patris mei: sed impij [cõfundẽtur] quibus dicetur Ite maledicti in ignẽ eternũ q tunc impij esuriẽt per carentiã omnis boni [Justi autẽ saturabũtur] per adeptionẽ sumi boni sacietate eterna q quia dominus iusticiam exercebit in peccatores: vere peccatores peribũt. Peribũt quidẽ peccatores. Quoniã inimici dñi mox vt honorificati fuerint q exaltati] honoribus q potentia [quẽad modũ fumus] qui quãto magis ascendit tãto citius euanescit statim [deficient]. Deficient merito peccatores quoniã. Mutuabitur peccator q non soluet] quando dei verbũ audit q non illud suis operibus implet: quãdo dei diuersa beneficia recipiat q nullã gratiarũ restituit actionẽ: sed cõtra proteruus q tãꝙ nichil acceperit sẽper ingratus ẽ [iustus aũt] ꝙ̃is hic pauca suscipiat pia deuotione plura [restituit largiter] in oibus gratias agẽs miseretur pauperibus q distribuit eis si habet rerũ facultatẽ quod potest si nõ habet dat beniuolentiã dat cõsiliũ vel saltem orationẽ. Ideo miseretur iustus q dat q̃a scit ꝙ Bene dicẽtes] ipsi deo gratias de oibus bonis susceptis agẽtes nõ solũ verbis ꝫ vita [hereditabũt terrã] viuẽtiũ [maledicẽtes aũt] tã lingua ꝙ vita vt blasphemi q dei legibus inobedientes a iustorum promissa beatitudine disperibunt

UVA. BHSC. IyR_052

Dominis iusti gressus a dño dirigentur vt non decli/
nent a rectitudine iusticie qui iam corde directus fue/
rat viam dñi cupiet sequi saluatorē amando qui est ve/
re nostra via veritas ⁊ vita. In qua via domini. Cuz ce
ciderit iustus etiaz p peccatum mortale non collidetur
irreparabiliter siue per desperationem :sed redit per pe/
nitentiam si sit de predestinatis quia dominus supponit
manum misericordie sue reducendo eum per penitentiā
ad gratiā. Nam vt ait propheta. Junior fui eteniz se/
nui ⁊ non vidi justū derelictū a deo finaliter nec imitato
res iusticie illius querentes panē temporalē in egestate
existentes q̄tum ad vetus testamentū ⁊ hoc cōmuniter:
q̄tum vero ad sensū spirituale tales non querunt panez
spiritualē.s. delectationē bonis operibus coniunctaz sine
participatione sapientie ⁊ iusticie cristi: quia talis panis
presto est querentibus ipsū. Vere iustus nō eget. Quia
omni tempore miseretur affectu misericordie iniuriā pa
cientibus ⁊ cōmodat. Unde diues est de doctrina de pie
tate de iusticia de patientia ceteris q̄ bonis quibus frui/
tur mens illa sanctissima: ⁊ semē bonorū operum eius
siue imitator fidei eius in benedictione glorie erit audi/
ens Venite benedicti ⁊c. Et ideo tu quicunq̄ es. De
clina a malo .i. a peccato obseruando precepta negatiua
⁊ fac bonum obseruādo precepta affirmatiua ⁊ per hoc
inhabitabis cū deo in eterna beatitudine ī seculū seculi
Et hoc ideo. Quia dñs amat iudiciū .i. eq̄tatē iustuz
eni est ⁊ equū vt ipse auctor iusticie nō derelinquat eos
qui eius eligūt precepta cōplere nō ergo derelinquet sāc
tos suos sed in eternū cōseruabūtur. Et cōtra. Iniusti
puniētur pena eterna ⁊ imitatores eorū peribūt cū eis:
iustis in eternū saluatis ⁊ cū dño permanentibus. Justi
aūt hereditabūt terrā viuentiū ⁊ inhabitabūt in seculū
seculi super eā. Merito iusti hereditabunt terrā quoniā
Os iusti sapientiā q̄ é de deo ⁊ eternis loq̄tur proceden
tē ex corde: recte sapiat ⁊ lingua eius q̄ sentit de deo cuz
iudicio ⁊ discretione proferet ad instrutionē aliorū. Nō

UVA. BHSC. IyR_052

solum in ore iusti est. Lex dei: sed in corde ipsius est per iugem meditationem q quia lex dei peccare uetat q bona facere docet ideo non declinabunt gressus eius a via iu/sticie per quãcũqz demonis ant hominis suggestionem. Gressus iusti non supplantabũt tamé. Cõsiderat peccator iustum callide insidiando vt occasione accepta ei nocere possit quia iustus grauis est ei ad uidendũ quia dissimilis est alijs vita eius q ideo per inuidiam querit oportunitatem mortificare euz corporaliter vel spũaliter. Sed iustus defenditur quoniã. Dñs non dereliquet eum totaliter in potestate impij vt ei consentiat licet ad horã impii habeant potestatem super iustos in corporibus nó tamen semper: super animas aũt nullaz habent nec dãpnabit eũ cum audiet causã eius in futuro iudicio licet ab hominibus reprobis hic false reus q morte dignus iudicetur. Tu ergo vir iuste non deficias in tribulationibus: sed. Expecta patienter dominũ qui iudicabit te q ne in vacuum expectes interim custodi mandata eius q exaltabit te hic meritis bonorũ operum ampliando ut hereditate firma possessione capias terram superne patrie quam nemo ualet nisi bene meritus adipisci cuz perierint peccatores videbis audiens quod dicetur eis discedite a me maledicti. ac. Peccatores quidem certe peribũt naz. Vidi ipiũ .i. peccatorem supra statum sue conditionis q supra humanũ modum potentia q honoribus seculi eleuatum sicut cedri libani que sunt maxime alte. Et transiui mente ad nouissima sua cõsiderando q. Ecce non erat iste qui sic intumuerat q reduxi eum ad memoriam q non est inuentus splendor pope eius q vestigiuz superbe glorie eius in dignitate in diuitijs q amplitudine familie quia locus eius cuz eius prosperitate dissoluitur cũ totius orbis corruptibilis gloria terminetur. Et ne ad impiorũ similitudinem tu pereas. Custodi innocentiã vite quantum ad deum iudica equitatem iuste cum proximo agendo quoniam bona opera eius qui pacifice vixit qui .s. belluz q impetus viciorũ in se cõprimit non pereunt sed post banc

UVA. BHSC. IyR_052

vitam viuunt remunerata ꝙ premiata felicitate eterna. Econtra erit de impijs quoniã. Iniusti] simul cum suis operibus [disperibunt] traditi flammis eterne perditionis [ꝙ reliquie eorũ] .s. diuitie ꝙ fama [simul interibunt] quoniam superueniente interitu eorũ falsa laus ꝙ fragilis dissoluetur. Salus autem iustorum a domino] non aliunde ẽ Ipse eni est salus nr̃a [ꝙ protector eorũ in tempore tribulationis] .s. presentis ne etiam corporaliter opprimantur nel tempore tribulationis futuri iuditij quia ex ipsa eripiet iustos. Et adiuuabit eos dominus] eis ad perseueratio nem boni cooperando [ꝙ liberabit eos] de omnibus angustijs eruet eos ne fides eorũ peruertatur a dyabolo ꝙ ministris eius [ꝙ saluabit eos] in futuro deducendo ad gloriam [quia sperauerũt in domino] hec enim salus debetur hijs qui spem suam in dei pietate posuerunt.

Psalmus. xxxvij. In quo docetur fidelis penitens memoriã peccatorũ habere vt lugeat preterita et caueat futura. Vox cuiuslibet penitentis.

Domine ne punias me secundũ rigorem tue iustitie] quia hoc esset iportabile sed magis secundus temperamẽtus misericordie tue [nec in ira corripias me] peto corrigi sed non in ira aut furore talis enim est correctio tãtus ad vindictã sed bene correctione que est ad emendationem que est ex misericordia ꝙ cũ pietate. O dñe ne arguas me in furore tuo quoniaꝫ sufficit tibi post multa quibus vehemẽter affligor [Quoniaꝫ multe molestie ꝙ miserie anime] et corporis quas ex adam in vindicta sui peccati excepi sicut sagitte intime [infixe sunt in me] ꝙ per manum tuã punientem firmate sũt non ad horã sed vsqꝫ ad finem huius miserabilis vite. O domine ne punias me in furore quia satis sum sagittatus tot enim miserijs subditus sum [vt non sit sanitas in carne mea ab instantia vindicte tue] in adam ꝙ in me iplete [nõ est pax i interioribus viribus anime mee] quia car/

UVA. BHSC. IyR_052

nis viciis inpugnatur ⌊ꝛ hoc tamē propter peccata mea⌋
Et apertius exponens mala sua ait. Quoniā iniquita/
tes mee inualuerunt super me⌋ dñando ut anima mea vi/
cta succūberet que⌊sicut onus graue grauiter deprimunt
me⌋ ad terram ne me erigere possiz. In hoc etiā afflictus
sum ꝙ. Plage peccatorū⌋ per baptismū ꝛ penitentiā sal
uate⌊cōputruerūt⌋ in cogitatione mea delectando me in il
lis⌊ꝛ corrupte sunt⌋ exterius ad actum perducendo ꝛ hoc
propter stulticiā meam multū enī insipiens est qui semel
sanatus iterum sponte recidiuat. Et quia putruerūt ci/
catrces mee. Multis miserijs afflictus sum⌋ ꝛ peccatorū
meorū pondere⌊curuatus vsqz ad mortem tota uita mea
contristatus⌋ indignuz me esse iudicans erigere oculos ad
celum incedebam. Contristatus sum. Quoniā sensuali
tas seu carnalitas mea ipleta est illusionibus⌋ que a dya/
bolo varijs temptationibus fatigatur ꝛ per hoc iterū ⌊nō
est sanitas in carne mea⌋ quam dyabolus affligit. Hinc.
Afflictus sum nimis⌋ ita ut nichil in me liberū sit a ca/
lamitate ꝛ ideo vehementi gemitu cordis mei dolebaz me
peccasse. Quod tu quidem nosti. Quoniam ante te⌋ quē
nullū latet secretū est ⌊omne desideriū meū ꝛ gemitus me
us⌋ pro peccatis meis⌊a te non est absconditus⌋ sed exau/
ditus quia pius es cum non pro terrenis sed pro anime li
beratione soluatur. Inde dolor ꝛ gemitus quia. Cor me
um conturbatū est in me⌋ quia mens mea succubuit pas/
sionibus ꝛ ita pacē suam amisit ⌊dereliquit me virtus me
a⌋ robur pacientie⌊ꝛ lumen oculorū meorū⌋ .i. ratio imꝑ
turbati iudicij ergo⌊non est mecū⌋ propter ingentes mole
stias quas sustineo Vox christi.
Amici mei ficti ꝛ cogniti mei iudei aduersum me appro
pinquauerūt⌋ corpore ut me cōprehenderent ꝛ consilijs ac
dolis ⌊steterunt contra me⌋ perseueranter ut me occiderēt
Apostoli. Qui⌋ ante passionem ⌊iuxta me erant de longe
steterūt⌋ quia relicto me omnes fugerūt timentes mori et
iudei⌊qui inquirebant vitā meā⌋ perdere ⌊vim faciebant⌋
violenter me captū trahentes ad principes sacerdotū. Et

UVA. BHSC. IyR_052

iudei. Qui inquirebant mala michi] crimina. s. que oppo
nerent non inueniẽtes [locuti sunt falsa] fingentes contra
me falsa testimonia [⁊ dolos tota die meditabantur] ut ac
cepta occasione romane potestati me traderẽt Ego aũt tã
q̃ surdus non respondebã quasi nõ audirem] maledicte et
irrisiones eorũ [⁊ sicut mutus non aperiens os suũ] paci/
enter omnia sustinui. Non solum non audiebam: sed.
Factus sum sicut homo qui audire nõ posset nõ habens ĩ
ore suo redargutiones] tanq̃ nescirẽ ⁊ non haberem quod
eorũ blasphemijs respondere possem cum vtiq3 eos mani
feste valuissem redarguere. Ideo tacui ĩ passione ideo om
nia pacienter sustinui. Quoniã inte domine] iusto iudice
[speraui] qui potes tristitiam in gaudiũ cõmutare sciens
q̃ cũ videris nullã causam mortis esse in me [tu exaudies
me dñe deus meus] ut me resuscites. Ideo tu exaudies.
Quia dixi] in oratione mea te deprecans ut cito resurre
ctione me clarificares [ne] iudei [inimici mei gaudentes]
insultarent michi si me morte detineri viderẽt quare oro
exaudi me. Item ideo quia [dũ pedes mei] discipuli mei in
firmi [cõmouentur] ad casum vacillantes ⁊ titubãtes ĩ fi
de si cito non resurgam [super me magna locuturi sunt]
multi insultantes ⁊ gaudentes de casu meo. Non recuso
o pater/cedi ⁊ crucifigi pro salute totius mũdi. Quoniã
ego in flagella paratus sum]. i. preordinatus a te et ideo
hec flagella patior spõte tue voluntati me conformans [et
dolor meus in cõspectu meo] est michi pater [manifestus]
est michi dolor quem patior intelligo eniz me pati nõ pro
culpa mea sed tua dispensatione. Ideo etiam in flagella
paratus sum. Quoniam iniquitatem meam] in causam
esse cognosco sicut ⁊ aliis [pronũciabo]. [ego cogitabo o/
peram dando qualiter peccata totius mundi mea passione
absoluam. Cum tanta patior. Inimici mei tamẽ viuũt
⁊ prosperantur omni sanitate gaudẽt [confirmati sunt]. i.
roborati [super me] persequendo [⁊ multiplicati sunt qui o
derunt me iniuste]. s. sine culpa mea. Oderũt me certe ĩ
ique quoniã. Retribuerũt mala michi pro bonis] odium

UVA. BHSC. IyR_052

pro dilectione mortez pro vita quã multis eorum contuli detrahebant michi dicentes non est salus illi in deo eius q hoc nulla alia causa nisi quoniã sequebar bonitatem q tamen felix conscientia cui non potest imponi nisi ꝙ seruat legez dei sui. Ne derelinquas me dñe deus meus voluntati infidelium me exponẽdo ne discesseris a me sz potius mecũ permane ut me facias resutgere. Intẽde in adiutoriũ meũ domine deus qui me ad salutem humani generis incarnari q pati misisti.

Psalmus. xxxviij. In quo docetur vir iustus inter blasphemos q iniquos lingue continẽtiaz seruare certamina rixas opprimere. Loquitur vir iustus

Dixi .i. statui q proposui firmiter in corde meo custodire vias meas actiones meas tali diligẽtia ut etiam in lingua mea non offendaz loquẽdo fatua q ociosa verba aut generaliter que locutum me fuisse peniteret. Ut non delinquã. Posui ori meo custodiaz cautelam in loquẽdo ut etiã statuerim a bonis silere q a predicatione abstinere q hoc cũ consisteret peccatoz vt hereticus vel reprobus aduersũ me que rens vnde ex uerbis meis calũpniã possit efficere. Posui custodiam ori meo vsqz adeo ꝙ. Obmutui volens uitare cõtentionez cũ peccatoribus impugnãtibus me sed afflictus sum quia propter hoc silui a bonis enuntiandis hominibus desiderãtibus ueritatem audire vnde dolor meus renouatus est prius dolui de indiscreta locutiõe modo doleo de indiscreta taciturnitate. Verũ videns hinc inde pericula. Inquietum factum est coz meũ q in hac fluctuatione tacendi inter calũpniosos q loquẽdi inter audire paratos concitatus est calor caritatis in corde meo ad loquendum amore proximorũ. Inter has difficultates querens locum ubi hec non patiar. Locutus sum deo meo in lingua mea toto corde q ore eum deprecando notũ fac michi finem meũ cristum qui est finis noster cõsuma

UVA. BHSC. IyR_052

tio in presenti ad iusticiaz ꝙ in futuro ad coronam. ibi enī gaudebo de socio non timebo de aduersario ibi enim con/templator mecū erit amicus non calūpniator inimicus. Et numerū dierū meoruz ⌊quo in hoc me viuere decreui sti ostende michi ⌊quis est⌋ i. q̄tum supersit ⌊ut sciam quid desit michi⌋ de tempore vite mee. Ideo autē uellem scire ut preparatem me aduentui tuo ꝙ disponerem de hijs que ad me expectāt. Ideo aūt scire vellem numerū dierū me/oruz quia breuis est uita mea. Unde. ⌊Mensurabiles⌋ .s. breues ꝙ transitorios ⌊posuisti dies meos: ꝙ substantia me a⌋ que in adam peccante corrupta est ⌊tanq̄ nichilū est⌋ in cōparatione ⌊adte⌋ qui eternus es. Bene dixi q̄ uita mea in conspectu tuo sit quasi non sit: non solū propter breui tatem sed etiam propter vanitatez. ⌊Omnia⌋ enim que a/pud nos ⌊sunt uanitas⌋ omnia enim sunt subiecta mutabi litati ꝙ etiaz inter ea ⌊omnis homo⌋ hic ⌊viuens⌋ est subiec tus mutabilitati ꝙ sic etiaz est uanitas. Licet omnis ho mo viuens hic sit uanitati subiectus. Uerūtamē in yma gine dei⌋ ad quam formatus est semper stabilis ⌊permanet quia illa nunq̄ deletur in homine ꝙ nichilominus a puri/tate mentis in actibus seculi deducitur ubi caducis deside rijs ⌊turbatus⌋ varia solicitudine confunditur. Uere fru/stra turbatur ꝙ stulta vanitate nā. Thesauriçat ꝙ⌋ cū ma gna solicitudine cupit peritura seruare maxime cū posses sio eorū probetur incerta naz ⌊ignorat cui congregat ea⌋ Utrū. s. furibus aut hostibus aut extraneis aut fisco. Co gnita aūt seculi vanitate concludit vir iustus omnē soli/citudinem ꝙ spem suaz ponendam in deo dicens. Et nūc que est expectatio mea⌋ ꝙ finis meus ⌊nonne dominus⌋ qui est super omnia certe ipsum solum finez expecto ꝙ substā/tia diuitiarm conscientie mee ⌊apud te⌋ reseruatur. Ueruz quia nemo etiam iustus in uita presenti est sine peccato p̄ ter te. ⌊Ab omnibus iniquitatibus meis⌋ preteritis ⌊presē tibus ꝙ futuris ⌊erue me⌋ ꝙ debes me merito eruere quia cum sic sapio q̄ humana cōtempno q̄ letari in rebus pe/rituris nolo q̄ penitentiaz ago ⌊dedisti me obprobriū ⌊.i.

UVA. BHSC. IyR_052

in derisum stulto peccatori qui illos magis irridere soli/
tus est quos bonis moribus studere cognoscit. Licet a
pud talem stultuz habitus sum opprobrio. Tacui nō egi
contentiose contra eum nec aperui os meū in murmure
contra deum q hoc venit a te quoniā tu fecisti me talez
dans michi patientiam: q quia talis suz amoue a me fla
gella tua quibus pro peccatis meis a te iustissime verbe
roz. Necesse est ꝙ amoueas quoniaz. A fortitudine po
tentie tue defeci ui plagarū tuarū infirmatus q debilita
tus uiribus non potens amplius sustinere duras punitio/
nes tuas que licet graues sint: sunt tamen iuste. quoniaz
propter iniquitatem flagellis tuis corripuisti humanū
genus q me inter eos. Sic tamen cum misericordia cor
ripuisti hominē ut per correctionem flagellorū tuorū. Ta
bescere feceris animā eius ut desiccata humiditate q pin/
guedine carnali q deposita superbia infirma fieret per hu
militatem quasi aranea qua nichil est tabidius que leni
ter tacta digito deficit sed sepe licet homo sit correctus li
cet increpetur licet tabefiat tamen fragilitate humanita/
tis diuersarū rerum varietate confunditur a qua pertur
batione ille solus excipitur qui deuz pura mente contem
platur. Et ideo tu domine. Exaudi orationem meam q
humilem supplicationem meam: preces aūt meas cum la
crimis fusas exaudi per effectū liberationis mee. O dñe
oro. Ne sileas a me ymo fac me audire uocem tuam in/
terius. s. salus tua ego sum/ vel illam remissa sunt pecca
ta tua q finaliter illam cum sanctis omnibus venite bene
dicti ꝛc. quoniā aduena ego sum apud te non habens hic
mansionem manētem sed sum sicut peregrinus tendens
alibi. s. ad patriam vite eterne sicut omēs patres mei fu
erunt. Cum autem transiturus sim restat hoc petendum
Remitte michi peccata mea ut per tuam misericordiā
consolatus certus ad tua iudicia perueniam q quādam re
creationem sentiā in presenti uita de illius regni tui secu/
ritate suscepta q hoc priusꝙ abeam a presenti uita quia
amplius non ero in statu merendi nec per consequens i sta

UVA. BHSC. IyR_052

tu percipiendi remissionem peccatorū.

Psalmus. xxxix. In quo ecclesia gratias agit de beneficio incarnationis filij dei.

Ecclesia i psona scōrū patrū prestolās aduētū xpi ait

Expectans expectaui ex intimis q cum desiderio assidue dōm incarnandū qui solus saluare potest q ipse pro sua clementia intendit michi implendo desideriū amoris nostri mittendo cristū Unde sequitur. Et exaudiuit preces meas cristum mittendo quem optabā q eduxit me de lacu miserie infidelitatis q ignorantie quibus detinebar q luto fecis carnalis concupiscentie. Et statuit q firmauit supra petram cristum affectus meos q direxit actus meos ad uitā eternā Et imisit in os meum canticū nouū non de vanitate nō de turpibus sed de nouo q inaudito diuine pietatis beneficio/quod etas antea nulla conspexit quod nouus homo attulit mundo nouus ergo populus noua cantat. s. de incarnatione domini/de resurrectione/de ascensiōe q de alijs huiusmodi. canticū dico carmen siue ymnū acceptabile deo nostro ut iam non sonos turpes q theatrales concinā sed in dei viuentis ymnis per armoniam noui testamenti decanter. Videbunt multi populi posteri cristum anūciatū venisse quem priores expectabant videbūt etiam conuersationem meā q timebunt dampnari si in infidelitate permanserint concussi ergo salubri terrore facti cristiani sperabunt in domino remissionem consequi peccatorū. Beatus uir cuius spes salutis sue est nomē domini quod est ihesus quod interpretatur saluator quia non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos fieri q non respexit in vanitates infidelitatis q ydolatrie gentiliū q insanias falsas .i. in errores iudeorū obstinatorū contra christū Istorū opera sunt falsa sed opera tua mirabilia quoniam Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia in corporalibus q spūalibus inter que maius mirabile é recreatio

UVA. BHSC. IyR_052

mūdi per incarnationē ⁊ passionē tuā ad q̄ oīa facienda ꝑ te sufficiēs es non ab alio instructus ⌊sed cogitatōnibus⌋ dispositionibus tue sapientie in q̄bus ⌊non est qui simi/lis sit tibi⌋ Vox cristi. Annūciaui⌋ ego cristus ꝑ prophetas ⌊⁊ locutus sū⌋ ego ipse in persona ⁊ per me ⁊ meos discipulos tot crediderūt vt credētes ⌊multiplicati sūt super numerū⌋ quē aliquis posset numerare. Vox cristi ad patrē. Sacrificiū⌋ quod fiebat de animalibus ⁊ auibus ⌊⁊ oblationē⌋ que fiebat de rebus inanimatis vt de pane ⁊ simila ⁊ thure ⁊ huiusmodi ⌊noluisti⌋ quia ista sacrificia erāt imperfecta quia nō poterant auferre peccata ⌊aures aūt⌋ perfectas ⌊dedisti michi⌋ ad obediendū tibi deo patri vsq; ad mortē vbi me ī cruce offerrē sacrificiū perfectū quod oibus legis veteris sacrificijs succederet.

Exponit quod dixerat. Holocaustū⌋ quod totū incēdebatur ad honorē dei ⌊pro peccato non postulasti⌋ q̄a talia sacrificia non erāt tibi accepta ⌊tūc dixi⌋ ego cristus ecceletus ⌊venio⌋ ad offerendū acceptissimū deo. In capite libri⌋ predestinationis est ⌊prescitū ⁊ dispositū vt facerē voluntatē tuā deus meus volui⌋ hoc idē ego ⁊ ad hoc descēdi de celo ⌊⁊ legē tuā in medio cordis mei⌋ ꝑ meditationē sēper habui. Annūciaui⌋ per apostolos meos ⁊ alios predicatores ⌊opera justicie⌋ dogmata veritatis ⁊ beneficia diuine misericordie ⌊in ecclesia catholica⌋ q̄ magna ē potestate ⁊ firmitate ⁊ amplitudine ⌊ecce labia mea nō prohibebo⌋ non cōprimā territus minis ⁊ contumelijs ꝑse/quē tiū a promulgatiōe veritatis ⌊dn̄e tu es testis⌋ ꝙ predicta sint vera. Justiciā nō abscōdi in corde meo⌋ quādo potui prodesse alijs sed verbis ⁊ factis illam manifestaui ⁊ palā annūciaui ⌊⁊ veritatē tuā⌋ .s. promissorū exhibitionē ⁊ meipsū qui sū via veritas ⁊ vita ⌊a te missū saluatorē⌋ hominum ⌊predicaui⌋ Misericordiā tuā⌋ qua peccata donas ⌊⁊ veritatē tuā⌋ qua q̄ promittis ⁊ minaris ad imples ⌊nō celaui non abscondi a cōgregatione⌋ dēsissima populorum. Vox cristi pro statu corporis sui mistici

UVA. BHSC. IyR_052

Attẽde dñe mẽbra saucia attẽde peccatores. Et nõ elon ges ſed prope facias miserationes tuas mẽbris meis nec debes quia hactenus non elõgasti quia miſericordia tua ꝙ veritas a primo justo vſq; ad vltimũ ſemper ſuſ/ ceperũt me oratione mea exaudiendo. Nec mirũ ꝙ te hoc pro mẽbris meis deprecor. Quoniã circũdederunt mala pene quorũ non est numerus apud homies ualla uerũt me vndiq; .i. membra mea ꝙ cõprehẽderũt. i. suo põdere ligauerunt iniquitates sue vt non possent videre deũ quoniã abstracta fuerat ab eis lux veritatis. Opus est auxilij tui. Quoniã multiplicate sũt iniq̃tates eorũ innumerabiliter ꝙ lumẽ rationis aufugit ab eis. Cõpla ceat ergo tibi dñe vt eruas mẽbra corporis mei in do/ loribus posita a malis preteritis ꝙ ad adiuuãdũ ea respi ce cõtra mala impugnãtia de futuro. Orat pro inimi/ cis vt conuertantur. Confũdantur inimici mei vtiliter vt resipiscãt de factis suis erubescẽtes timeãt vltra pec care ne pereant qui fideliũ meorũ vitã querũt vt aufe/ rant eã. Conuertantur retrorsũ cadentes vt ab intẽtio ne mala eorũ desistant ꝙ erubescãt cognita eorũ iniqui tate qui gaudent de malis meorũ Ferant cõfestim cõ/ fusionẽ suã ne diutius ingrauetur malũ q̃ cito ab hosti/ bus subuertantur qui dicũt meis euge euge dolose lau/ dando aut deridẽdo. Orat pro fidelibus suis. Exultẽt ꝙ letentur super te deũ patrẽ de bono quod daturus es eis qui querũt te per veram fidẽ ꝙ dilectionẽ ꝙ magnificum predicent sẽper te deũ sicut magnus es: in te omẽs q̃ di ligũt me xp̃m filiũ tuũ per quẽ saluté omniũ operaris.

Peto hec oia dñe deus ex forma serui q̃a per me nõ suf ficio aliquid facere quia. Mendicus sũ ꝙ ideo necesse ha beo mẽdicare auxiliũ gratie a te ꝙ pauper quia nisi tua gratia clarificet ex me non sufficio; qui ne hãc pauperta tẽ vilẽ abiectãq; iudicaremus subungit dñs curã mei ha bet Et quia indigeo auxilio tu dñe esto. Adiutor me us ꝙ protector meus ꝙ propter periculũ oro ne tardaue/ ris nobis auxiliari in predictis.

UVA. BHSC. IyR_052

Psalmus.xl.in quo de passione xp̄i ⁊ eius re surrectione. Vox prophete.

b Eatus q̄ super cristū egenuz ⁊ pauperē⌋ita intus legit ꝙ sub paupertate quā gessit in forma nostre humanitatis intus legat per veram fidē diuicias sue diuinitatis vt sicut credit euz esse hominē ita etiā credat deū esse⌊⁊ talē credentē liberabit dn̄s in die judicij⌋a dāpnatōne eterna ad quā iudicati sunt non credētes. Dn̄s conseruet eū⌋inter mala huius seculi ne ab hoc intellectu cadat sed in hoc manentē⌊viuificet eū⌋eterna ⁊ immortali vita⌊⁊ beatū faciat euz in terra⌋viuentiū vbi est vera ⁊ ꝑfecta beatitudo⌊⁊ non tradat eum ad voluntatē inimicorū eius⌋ dyaboli ⁊ ministrorū eius. Cum aūt contigerit illū jacere. Sup lectū⌋ afflictū aliquo dolore corporis aut mētis ita⌊dn̄s opē ferat illi in infirmitate eius⌋vt amplius nō indigeat lecto parato ad jacendū: sed⌊transuersetur lectus⌋tāq̄ non necessarius amplius. Propheta orans pro se. Ego sciens me peccasse sentiens egritudinē meā. Clamaui ad te⌋medicū meū⌊miserere mei sana animā meā⌋ quoniaz nullo modo excuso peccatū sed accuso dicēs⌊quia peccaui tibi⌋ mea propria ⁊ praua volūtate. Vox cristi. Inimici mei⌋ judei scribe ⁊ pharisei vidētes populū me sequi⌊propter miracula que operabar vt retraherēt populū a seq̄la mea ⌊dixerūt multa mala falsa ⁊ obprobria michi⌋dicebāt insuper optātes mortē meā⌊quando morietur iste vt non sit memoria nomis eius⌋. Et si ingrediebatur aliq̄s⌋de inimicis meis ad consortiū meū vt faciebat judas nō ingrediebatur causa amicicie aut reuerētie sed ad prodēdū potius dolosus intrabat aut causa explorādi quid agerē aut dicerē⌊⁊ vana ⁊ ficta loquebatur⌋fingens ⁊ simulās michi velle cōsulere⌊⁊ cor eius cōgregauit iniq̄tatē sibi⌋ .i.ad dāpnum suū ⁊ detrimētū anime ⁊ corporis. Qui egressus⌋ad vulgares populos⌊loq̄batur idipsū⌋.s.falsa ⁊ ficta ad infamiā meā vt auerteret deuotōnē populi a me

UVA. BHSC. IyR_052

Nō modo amici ficti ingrediētes ad me sed. Omēs inimici mei latēter detrahebant michi scribe ꝙ pharisei ꝙ consimiles aduersum me cogitabant inferre michi mortē contēptibilē ꝙ obprobriosā. Verbū iniquū cōtra omnē iusticiā ordinauerūt inimici mei aduersū me in suo consilio dicētes crucifigatur: ꝙ si hunc dimittis non es amicus cesaris. sed istis insultans prophēta dicit nunq̄d qui ab iniquis iniuste sompno mortis opprimitur non addet vt resurgat certe sic: quia qui habuit potestatē ponēdi animā suā habet ꝙ resumendi eā. Quid mirū si inimici mei loquebantur ꝙ moliebantur aduersū me quando. Homo pacis mee familiaris meus conmensalis judas in quo ostendi me confidere tractando eū sicut alios discipulos ꝙ sibi specialiter cōmittendo custodiā pecunie fecit magnā supplantationē contra me vt per oscūlū traderet iudeis. O deus pater illi ita crudeliter i me deseuiunt. Tu aūt miserere mei ꝙ resuscita me gloriosa resurrectione tercia die ꝙ retribuā eis vicissitudinē horū q̄ in me gerunt. In hoc cognoui per experientiam ꝙ in me semp placuit tibi quoniā nō gaudebit finaliter populus judaycus super me quia licet gauisi sunt ad horam de morte mea: tristati sunt multo plus de resurrectione mea in qua maxime declarata fuit gloria mea. Me aūt propter meritum innocētie mee quia semp sine peccato fui suscepisti animam meam ab inferis: corpus meum de sepulchro cū gloria impassibilitatis ꝙ immortalitatis ꝙ confirmasti me in presentia tua stabiliter ineternum me ad dexteram tuam collocando. Hinc. Benedictus dominus deus jsrael a seculo ꝙ in seculū nos aūt Amen amen respondeamus.

Psalmus. xli. in quo inducitur fidelis ne seculi tristicie retrahant eum a desiderio eterne vite.

Vox fidelis deum desiderantis.

UVA. BHSC. IyR_052

Quemadmodum desiderat ceruus/ vexatus a
q venatoribus ꝙ calefactus desiderat/fōtes aqua
rū/ vt sitim ꝙ estū extinguat/ita aīa mea/de/
monū tēptationibus ꝙ malis seculi afflicta/de
siderat venire ad te deus/ Sūme desiderauit aīa mea ad
deū fonte viuū/vnde oīa bona fluūt: cupio plane dissolui
quia sitio in hac peregrinatione: sitio in cursu huius vite
satiabor in aduentu eius/sed quādo veniā ꝙ apparebo an
te facié dei/.i. quādo erit dies illa qua exutus vinculis
corporis presens cōspectui mei redēptoris videā eū facie
ad facié. Interim auté dū peregrinor siue in prosperis
siue in aduersis. Desiderij mei lacrimas fundo/q̄ lacri/
me non incdiā sed satietaté intulerūt: nec immerito q̄a
fletus ille cibus est animarū: corroboratio sensuū/ablu/
tio peccatorū: refectio mētiū lauacrū culparū Fuerūt/
insuper/michi lacrime dū/in properando ꝙ insultādo/di
citur a paganis fidelibus meis vbi est deus tuus/veniat
liberet vos. Hec recordatus sū/.s. improperia infideliū
dicentiū vbi est deus. ꝙ hac occasione/q̄siui meditatus/
per omnia visibilia si per ea inuisibilē cognoscerē creato
rē meum. ꝙ cū hec nō ostēderet. q̄a solū inueni q̄dam ves
tigia eius/effudi/dilatauī/in me animā meaz/vt relictis
omnibus exterioribus contēplarer in me ipso aliquid ta
le quod sit deus meus. sed cū nec in exterioribus nec in
anima mea deū inuenirē. q̄a hec variabilia inuariabilis
deus excedit hoc feci/quoniā transibo in ecclesiā taberna
culū dñi/vbi deus multa mirabilia fecit sāctis suis ꝙ ibi
intuear sapientiā admirabilē fidei que docetur in ea ꝙ ad
mirandas virtutes q̄bus multi fideliū resplēdent. ꝙ inde
mēte per contēplationē peruenia/vsq̄ ad domū domini/
in qua clare videbo deum meū. Inde trahor inde suspi
ro festinanter accedere ad domū dei quia ibi erit. Hau
diū ꝙ exultatio/de bonis habitis/confessio laudis/de be/
neficijs gratie susceptis/spiritualis refectio mire suauita
tis/ Propheta loq̄tur ad aīam suā eamq̄ cōsolatur tabes
cētem psecutionibus ꝙ calamitatibus huius seculi dicēs

UVA. BHSC. IyR_052

Quare tristis es anima mea ⁊ q̃re cõturbas me⌋cũ de adiutorio diuino certa sis q̃re tristaris. Aduersus hec salutare remedium seq̃tur. Spera in dño⌋quia spes eius oia cõmutat in melius ⁊ ad eternũ gaudiũ ꝑducit quos seculi huius tristicia inflicta cõcluserit: beati eni q̃ lugẽt quoniã ipsi consolabũtur: consolare ergo aia mea⌊quoniaz adhuc laudabo eũ⌋dicẽs⌊tu es salutare⌋particeps humanitatis mee⌊⁊ deus meus⌋ Sed quia in me nõ est firmitas: prestrepit eni mundus⌋ ⁊ caro grauat nec est michi spes de viribus meis. Ad me ipsũ anima mea conturbata est propterea⌋vt euadã istas tribulationes⌊memor ero tui⌋.i. sũma velocitate recurro ad te⌊in humilitatẽ quã jordanis designat ⁊ memor abrenũciationis⌋ dyaboli quã in baptismo feci: quod per⌊hermoniũ⌋intelligitur ⁊ cũ voluntate faciendi q̃ tibi deo meo placita sũt sẽper. Decet vt sim memor tui quoniã euangeliũ ⁊ lex que propter profunditatẽ sapiẽtie ⁊ agnitionis dei dicuntur. Abyssus⌋in hoc concordant⌊ꝙ memor sim tui⌋q̃a in vtroq̃ promittitur auxiliũ homini qui memor est dei ⁊ hoc⌊in voce predicatorũ ⁊ doctorũ qui catharacte dicũtur⌋quia per eos fluenta diuine sapientie nobis emanãt Ideo etiã memor ero tui quoniã. Omnes tribulationes⌋tã grauiores que dicuntur⌊excelsa⌋q̃ minores que designantur⌊per fluctus⌋que superant vires meas⌊transibũt⌋a me in futuro. Ideo ⁊ ero memor dei q̃a. In die⌋.i. in q̃licũq̃ huius seculi prosperitate⌊mãdauit dñs misericordiã suã⌋quia sola misericordia sua ⁊ pietate dat pacẽ ⁊ bona cũcta fidelibus⌊⁊ nocte⌋.i. in quacũq̃ aduersitate mandauit.i. promisit⌊canticũ⌋.i. exultationẽ cõplere ꝙ in prosperitate promiserat: speciosa eniz est misericordia in tẽpore tribulationis q̃a tũc fructus eius demõstrabitur. Cũ vndiq̃ mala sint in hac mea peregrinatiõe singulare solamẽ est michi. Oratio que est apud me⌋intus habeo in me quod offerã nõ eni vt exaudiat me dominus nauigabo vt de longinquo afferã thura ⁊ aromata aut de grege vitulũ aut arietẽ. intus habeo victimã quã imolez

UVA. BHSC. IyR_052

intus habeo thus quod ĩponã apud me est oratio q̃ fiẽda est auctori ⁊ cõseruatori vite mee qua oratione ⌊dicã deo susceptor meus es tu⌋ qui me penitẽtez suscipis qui vota orationũ mearũ non spernis. Vir justus sentiẽs q̃ta illius q̃etis dulcedo futura sit ⁊ mũdi istius pericula dicit more humano. Quare oblitus es mei⌋ permittendo me tã diu hijs miserijs vexari: cur tã diu differs vt me ĩducas in domũ tuã ⌊q̃re contristatus incedo⌋ per viã huius vite: ideo contristatus ⌊quia dyabolus affligit me⌋ tẽptando quia carnis vicia inuito aut repugnante aĩo sustineo

Vox ecclesie lamẽtantis casũ maiorũ Ita affligit me inimicus vt non solũ cõfringantur carnes mee. s. debiles fideles sed etiã ⌊ossa mea⌋. s. maiores ecclesiastici prelati ĩ q̃bus putabatur esse aliq̃ fortitudo vt credãt fracti ꝑ ĩpacientiã tribulationibus ⁊ scãdalis ⁊ cadãt per ⌊peccatũ a statu rectitudinis de quo ⌊exprobrauerũt michi⌋ verbis iniuriosis ⌊qui tribulãt me inimici mei⌋ heretici ⁊ mali cristiani. Hoc modo exprobrauerũt. Dũ dicũt meis fidelibus⌋ maxime martiribus pro cristi fide in afflictionibus constitutis ⌊vbi est deus tuus⌋ vel nullus est vel si ẽ de te nõ curat: ⁊ si curat liberet te si potest propter hoc ⌊turbata est anima mea⌋ quid aũt suadeaz: nõ inuenio nisi quod supra. Quare tristis es aĩa mea ⁊ q̃re cõturbas me⌋ sed ne dicas ideo turbor quia hic mala patior cõfortare o anima Spera in deo quoniã adhuc⌋ in futuro ⌊cõfitebor ei⌋ ꝙ ipse est ⌊salutare vultus mei ⁊ deus meus⌋.

Psalmus. xlij. in quo monemur
ne impressuri deficiamus.

Cum vir fidelis seculi huius iniquitatibus angeretur celesti desiderio affectus ait.

i Iudica me deus⌋ iudicio discretõnis siue separationis ĩ futuro iudicio separãdo me a malis ⌊⁊ discerne⌋ merita mea ab ĩpijs: distet ĩter illũ q̃ in te

UVA. BHSC. IyR_052

credit: ⁊ illū qui nō credit ⌊de gēte nō sancta⌋ mala ⁊ puer
sa. s. ab ⌊hoīe iniquo ⁊ doloso erue me⌋ Cuz non michi
arrogē fortitudinē qua opus est inter mala huius seculi:
sed tu deus sis ⌊fortitudo mea q̄re ergo me repulisti⌋ secū
dū ꝙ videtur repulsū eni me puto: cū nō statim habeam
quod opto ⌊⁊ q̄re tristis incedo⌋ nisi q̄a ⌊affligit me inimi
cus⌋ quottidianis tēptationibus hic in p̄senti quod nō fa
ciet in futuro. Ut aūt excludatur inimicus me affligēs
oro dñe. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā⌋ aufer tenebras
⁊ da lucē: aufer errorē ⁊ da veritatē ⌊ipsa⌋ tantū lux tua ⁊
veritas ⌊deduxerūt⌋ a peccatis ⌊⁊ adduxerūt⌋ ad firmā cre
dulitatē dñi saluatoris qui mōs dicitur ⌊⁊ in tabernacula
tua⌋ in ecclesiā presentē in qua sūt diuersitates sanctoruz
q̄ sūt q̄dā pegrinationes sup terrā. Deduxisti me dñe in
tabernacula vbi positus spero ꝙ inde. Introibo ad alta
re⌋ inuisibile celestis iherusalē quo non accedit aliq̄s iius
tus/atqui accedit sumitur in holocaustū diuino igne to
tus incēsus ⌊ad dñm introibo qui letificat iuuentutē me
az⌋ dādo michi īmortalitatē ⁊ ipassibilitatē. Itē. Cōfite
bortibi in cithara deus meus⌋ cōfessione laudis in tribula
tione gratias agens: nūq̄ eni propter q̄cūq̄ huius seculi
aduersa a tua laude recedā. Consequēter vir alloq̄tur ani
mā suā p̄suadēs ei tristiciā huius seculi fugiendā per quā
patientie robur frangitur: per hāc caritatis lumē extin/
guitur per hanc spei nostre desideriū virtusq̄ mollescit ⁊
oīs vita confūditur vnde ait ⌊q̄re tristis es aīa mea ⁊ q̄re
conturbas me⌋ dū deū adiutorē habeas. Consolare ani/
ma mea. Spera in dño⌋ q̄ oēs seculi fluctus mitigat ⁊ in
tēptationibus protegit q̄ oīa peccata condonat ⌊quoniaz
adhuc cōfitebor illi⌋ cōfessione laudis dicens tu es salus
mea tu es ⌊salutare vultus mei ⁊ deus meus⌋

Psalmus. xliij. in quo cōfortātur infirmi fideles ad
mirātes cur martires videatur hic deus derelinq̄re
cū patres antiquos in manu valida legatur inuisse
Propheta in persona martirū recolēs bñficia antiquis
collata ait O.

UVA. BHSC. IyR_052

am describit simulacrorū eorū impotentiam dicēs. Os habent ⁊ non loquētur: oculos habent ⁊ nō videbūt. Aures habent ⁊ non audient: nares habent ⁊ nō odorabunt. Manus habent ⁊ non palpabunt: pedes habent ⁊ nō ambulabunt: non clamabūt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea] .s. artifices ydolorū vt sicut ydola nō vident nec aliquē sensuz habent: ita factores ydolorū priuentur omni vigore anime ⁊ non solum qui faciunt [sed omnes qui confidunt in eis] ab eis quasi a deo petentes auxiliū. Propheta vtilitatem cristiane religionis cōmēdans ait: gentes confidūt in simulachris que iuuare non possunt. Domus autem israel sperauit in domino] ipsū deuote colendo [⁊ dominus adiutor est eorū] ad benc operandum [⁊ protector eorū] contra hostiles incursus. Domus aaron] sūmi sacerdotis [sperauit in domino] ⁊ nō sine fructu [adiutor eorū ⁊ protector eorū é. Quid per singula: omnes de quacunq; conditione. Qui timent dñm sperauerunt in domino] ⁊ auxiliū in eo inuenerunt quia [adiutor eorū ⁊ protector eorū é. Vere dominus adiutor est quoniā Dominus memor fuit nostri] dicūt filij israel non meritis nostris sed ex sua misericordia [⁊ benedixit nobis] multiplicando in nobis spūalia ⁊ temporalia. Benedixit domui israel benedixit domui aarō. Benedixit omnibus qui timent dominū: pusillis cum maioribus] reges ⁊ subditos: equalis est illi omni cura de oībus. Hec beneficia fecit vobis ⁊ adhuc. Adiciat dominus] alia bona conferēdo [super vos ⁊ super filios vestros Benedicti vos] tam maiores q̄ minores sitis [a domino] per gratie sue infusionem qui bene potest fideles suos benedicere quia ipse est [qui fecit celum ⁊ terram. Celuz celi] quod est celum empireum: quod est locus beatorum [domino] sibi retinens tanq̄ domū glorie sue quia in eo magis relucet gloria eius in angelis ⁊ beatis [terraz aūt dedit filijs hominū] pro habitatione in vita presenti. Ad hoc p̄cor vt benedicas: vt iustificati digne te laudare possimus/ quia. Mortui] in peccatis [non laudabunt te do/

UVA. BHSC. IyR_052

mine⌋placita laude quia nō est speciosa laus in ore pecca toris⌊nec aliquis descendentiū in infernuz⌋ Sed nos qui viuimus⌋vita gratie⌊benedicimus domino⌋benedictione laudis: incipientes⌊ex hoc⌋presenti ⁊ cōtinuātes ⁊ perse uerātes in laudibus dei⌊semper sine fine⌋.

Psalmus: cxiiij. In quo monet ad laudem dei pro beneficio liberationis a malis huius seculi.

Propheta: deū quem dilexi prius propter se ⁊ sup oīa.

D Ilexi⌋nūc ardētius⌊quoniam exaudiuit domi nus vocem orationis mee⌋in angustijs. Spe ro ꝙ in angustijs exaudiar. Quia⌋iaz dñs ⌊in clinauit aurē suam michi⌋ cōdescendēdo perici oni mee ⁊ in hoc expertus misericordiam suam audacter ⌊inuocabo eum in diebus miserie mee ⌋ quos michi feci peccando qui sūt pleni laboris ⁊ doloris. In quibus die bus necesse habeo inuocare eum quoniā. Circūdederūnt me dolores mortis⌋ .i. peccata vnde procedit dolor et mors anime ⁊ temptationes grauissime que sunt ⌊peri/ cula inferni inuenerūt me⌋ errantem ate ⁊ expositū ma lis. Hec me inuenerūt ⁊ ego. Tribulationez ⁊ dolorez⌋ in huiusmodi prosperitatibus seculi latentem/in quibus oblectabar⌊inueni⌋quibus tribulatiōibus cōmonitus⌊no men domini inuocaui⌋vt liberer/Unde sequitur. O do/ mine libera animā meam⌋ de omni impedimēto seculi q̄ a nisi adiuues captiua est⌊misericors dominus⌋in natu/ ra⌊iustus⌋corrigendo peccata ⁊ vere misericors quod pa tet per effectum⌊⁊ deus noster miseretur⌋actu. Uere mi sericors ⁊ iustus/q̄a. Dominus custodit humiles⌋a pec catis ⁊ ab inimicis suis: experto credite quia ego⌊humi liatus sum mente paruulus factus coraz deo ⁊ liberauit me⌋ab onere peccatorū ⁊ persequētibus me sua gratia ⁊ virtute. Et quia sic dominus liberauit animā meā ide o. Conuertere animā meā⌋in huius mūdi turbationibus dimersa⌊ad deum in quo est vera requies mentis⌋ quod

UVA. BHSC. IyR_052

facere debes ⌊quia dominus benefecit tibi⌋ multipliciter.
Certe benefecit tibi. Quia eripuit te de morte peccati ⁊ oculos meos a lacrimis⌋ afflictiōis pro timore pene ⌊pedes a lapsu⌋ recidiui. Et q̄uis in presenti deo placeam non tamen ita quēadmoduz in futuro: vbi. ⌊ Placebo⌋ perfecte ⁊ ex omni parte ⌊domino⌋ vbi nullam in me offēsionem inueniet ⌊in regione viuorū⌋ vbi nec lacrime nec luctus nec lapsus pedū nec triste aut infirmū aliquid esse /potest.

Psalmus. cxv. In quo monet ad laudem dei pro dono fidei. Propheta.

c Redidi⌋. s. ꝙ placebo domino in regione viuorum ⌊propter quod aperui os meum⌋ ad laudādum deum ⌊ego autem humiliatus⌋ i. afflictus ⌊sum nimis⌋ a persecutione inimicorum Ego⌋ autem in altitudine contemplationis dei positus ⁊ intelligens ꝙ homo nichil boni potest habere a se ⌊dixi⌋ i. pronūciani ⌊omnis homo mendax⌋ quātum est de se. Cum ergo homo nichil boni proprium habeat. ⌊ Quid retribuam domino pro omnibus⌋ beneficijs ⌊que ipse retribuit michi. Ego tante retributionis nichil dignū inueniens quod carius est tibi sacrificabo. ⌊ Accipiam⌋ in desiderio ⌊calicem passionis⌋ pro eius nomine sanguinem fūdere non formidans ⁊ quia calicem passionis bibere non est virtutis humane sed gratie dei ⌊nomen domini inuocabo⌋ vt non me derelinquat in die tribulationis. Vota mea reddam domino⌋ i. complebo opere quod desiderabā .i. me ipsum sicut optauerā passioni offeram actu ⌊coram omni populo eius⌋ vt ceteri exemplum capiant: ideo sic reddam vota mea quia ⌊preciosa⌋ .i. cara placens et grata ⌊est mors sāctorū eius⌋ pro nomine ⁊ fide eius assūpta O domine⌋ q̄ merito ego mori pro te deberem: tū ⌊quia ego seruus tuus⌋ iure creationis: tum quia ⌊ego seruus tuus⌋ iure redemptionis/tum quia ⌊filius ancille tue⌋ .i. ecclesie. Tum etiam quia tu ⌊ Dirupisti vincula pecca

UVA. BHSC. IyR_052

torum meorū] quibus eram constrictus: ꝙ quia hoc non meritis meis sed ex misericordia tua gratias agens [sa/crificabo tibi me ipsum in laudem tuā ꝙ nomen tuū iuo cabo] vt quod restat ad perficiendū seruitutis tue imple re valeam. Quia ergo ego seruus tuus. Vota mea do mino reddam] .i. me ipsum in seruitutem tuaz [i. conspe ctu omnis populi eius] vt alīs exemplum laudis exhibeā ꝙ hoc non in omni loco sed [in atrīs domus domini] .i. i pīsenti ecclesia in qua sto; quia extra ecclesiā nō est verū sacrificiū] reddam autem vota mea dño iam positus spe [in medio tui iherusalē] celestis i qua é eterne pacis visio

Psalmus. cxvj. In quo monet oēs gētes ad laudē dei.

l Laudate dominuz omnes gentes] .i. gentiles [laudate eum omnes populi] iudeorū ad fidem cristi euocandi. Laudandus est dñs. Quoni am cōfirmata est super nos misericordia eius] .s. reparatio hominis misericorditer promissa que nunc dicitur confirmata quia quod per prophetas circa hanc promisit per aduentum cristi cōpleuit [ꝙ veritas domini] siue in bijs que promisit pijs ꝙ iustis siue in bijs que mi natur impijs ꝙ peccatoribus [manet ineternum]

Psalmus. cxvij. In quo monet ad laudem dei. Prophcta inuitans omnes ad laudandum deū ait.

c Confitemini domino] confessione laudis omēs generaliter [quoniā bonus] ꝙ solus per se ꝙ essē tialiter bonus [quoniā ineternuz misericordia eius] semper subueniens deuote requirentibus eum. Specialiter inuitans israel ait. Cōfiteatur domi/no] confessione laudis [israel quoniam bonus quoniā in seculum misericordia eius] Inuitans tribum sacerdota lem ait. Confiteatur domino] confessione laudis [domus aaron quoniā bonus quoniam in seculum misericordia

UVA. BHSC. IyR_052

eius] Inuitans omnes de quacunq; gente ꝙ natione ꝙ cō
ditione ait. Confiteātur domino] cōfessione laudis Lomēs
qui timent dñm quoniā bonus quoniam in seculum mi
sericordia eius. Bene dico ꝙ sit bonus quoniā in me pa
tet qui. Inuocaui dominum de tribulatione ꝙ exaudiuit
me] de angustijs liberando Lꝙ in gaudiorū latitudinem in
duxit me]. Cum autem. Dominus sit michi adiutor
non timebo hominē quātumcūq; seuiat. Non tantū ho
minem nō timebo sed etiā quia ipse. Dñs est michi ad
iutor ꝙ ego despiciā inimicos meos] malignos spūs ꝙ vi
cia ꝙ persecutores. Et quia dominus est adiutor fortis
Bonum est confidere in domino] qui non deficit in ne/
cessitate: ꝙ vitam potest prestare eternam Lq̄ confidere in
homine] cuius salus vana est. Bonū est sperare in domi
no] qui in se sperātes nunq̄ derelinquit Lq̄ sperare i prin
cipibus] qui se ipsos a morte eripere non possunt. Pro
pheta ostendit exemplo sui ꝙ bonum sit confidere in dño
dicēs. Omnes gentes] s. inimici mei L circūdederūt me]
qui cum absolon querebant me interficere Lꝙ in nomine
domini] i. non per me sed per auxilium domini contigit
contrariū Lquia vltus sum in eos. Circundantes circūde
derūt me] persecuerantes michi in propria persona mala
inferendo ꝙ in eos tam graues persecutores Lvltus sum
in nomine domini] vt supra cuius eram vexillo munitus
Circūdederūt me sicut apes] volentes me pungere gladi
is tanq̄ aculeis Lꝙ exarserūt] inuidia nitentes me veloci/
ter consumare Lsicut ignis spinas cito conburens ꝙ in no
mine domini] cōtigit cōtrariū Lquia vltus sum in eos] q̄a
ea q̄ue michi intulerant in eos refusa sunt. Bonum est
sperare in domino quia. Impulsus euersus sum vt cade
rem] in mortem sed Ldñs] quem solū adiutorē quesiui Lsu
scepit me] ne caderem. Quia. Fortitudo domini] vtrū
ꝙ fecit. s. ꝙ impulsus nō corrui ꝙ euersus Lsteti ideo ipse
michi laus erit] ipsum concinā ipsum fortitudinem meā
dicā qui in hac tribulationis morte Lfactus est michi in sa
lutez] Quo circa. Vox exultatiōis ꝙ salutis resonet in

UVA. BHSC. IyR_052

secretis cordium iustorū qui facti sunt tabernaculum domini per inhabitātem spūm sanctum. Qualiter autez dominus sit factus fortitudo sibi ꝙ salus ait. Dextera .i. pōtentia domini fecit virtutem dando michi victoriam de hostibus dextera domini exaltauit me quia ab humilitate diuersarū passionū virtute eius eleuatus sum. Ideoq. Non moriar morte eterna tanta virtute stipatus sed viuaz vita gratie in cristo perpetualiter ꝙ q̄diu hic ero narrabo alijs opera domini qui michi semper ꝙ vbi q̄ auxiliatur. Non moriar: quia ꝙ si aliqua mala intulit michi dominus ad correctionem fecit quoniam. Castigans castigauit me dominus ad emendationem ꝙ morti eterne non tradidit sic solet castigare suos in multis verberibus vt emēdatos eruat a morte perpetua. Cuz aūt saluatio humani generis facta sit per fidem cristi passi ꝙ glorificati. Propheta in persona humani generis petens ingressū huius fidei dicit. Aperite o vos apostoli dei ꝙ ecclesie doctores michi accessum ad fidem et sacramēta ecclesie que iustificant ꝙ per q̄ datur ingressus ad locum celestis glorie ꝙ ingressus in eas laudabo dominuz hec porta domini dei patris est: ipse dominus cristus q̄ ait: nemo venit ad patrem nisi per me: Item ego sū hostiū per me si quis introierit saluabitur. Unde sequitur et iusti intrabunt in eam et per illam intrabūt in gloriaz eternam. Et ideo o domine. Cōfiteboz tibi confessiōe laudis letus gratias agens quoniam exaudisti me in aduentu filij tui quem priores iusti tanto desiderio expectabant ꝙ ita factus es michi in salutem preteritū pro futuro propter certitudinem probetie ponit. Et vere in salutem nam. Lapidem quem reprobauerūt sacerdotes ꝙ doctores iudeorū ad quorū sacerdotū officium expectabat edificare in fide ꝙ moribus populum hic factus est in caput anguli cōnectens per fidem in semetipso duos parietes vnū .s. populum iudaicum ꝙ populum gentilem ꝙ ita ex ambobus constituit vnū corpus ecclesie cuius ipse caput est. A domino patre factus est mediator noster

UVA. BHSC. IyR_052

ꝛ eius ⌊ꝛ est mirabile hoc⌋ incarnationis misteriū ⌊in ocu
lis nostris⌋ spūalibus qui eum credendo suscipimus ꝛ cle
mētiaꝫ admiramur. Hec est dies⌋ salutis ꝛ gratie ⌊quā⌋
specialiter merito ⌊fecisse dicitur dñs⌋ quia specialem ī eo
gratiam humano generi exhibuit: ꝛ ideo ⌊exultemus⌋ .s.
corpore ⌊ꝛ letemur⌋ mente ⌊in ea⌋ quia in hac die redemp
ti sumus. Et quia dies salutis est. O domine⌋ qui po/
tens es ⌊saluum me fac⌋ .i. participem huius saluationis
quā mūdo attulisti ⌊o domine prosperū facito iter illud⌋
quo ad te post multos labores reuertor ꝛ spero ꝙ ita e/
rit quia ⌊benedictus⌋ s. cristus ⌊qui venit in nomine dñi⌋
patris sui. Propheta in persona apostolorum ꝛ sacerdo
tum. nos sacerdotes Benediximus vobis⌋ subditis nos/
tris ⌊de ecclesia domo domini⌋ de qua sumitur baptismus
ꝛ eucharistia ꝛ alia sacramenta in quibus benedictio gra
tie datur vel augmentū hanc aūt benedictionē nō damus
ex nobis nec a nobis sed a deo qui gratie sue radijs ⌊illu/
xit nobis⌋ ꝛ hanc potestatem concessit. Et vos iam be
nedicti. Cōstituite dies solēnes⌋ sicut natiuitatis resurrec
tionis ꝛ ascensionis qui honori dei per ecclesiam sunt cō
secrati ꝛ hoc non tepide ꝛ segniter agentes sed ⌊in cōden/
sis⌋ .i. in frequentationibus hominū vt impleatur eccle
sia ꝛ non cessabitis ⌊vsqꝫ officium⌋ .s. ⌊altaris sacrificiū
sit finitum⌋ ita vt ante benedictionem sacerdotis nullus
presūmat de ecclesia recedere. Constituite dico diem so/
lemnē ꝛ quilibet dicat mecum. Deus meus es tu⌋ ꝛ ide
o⌋ confitebor tibi ⌊confessione laudis ⌊deus meus es tu et
exaltabo te⌋ altitudinem tuam alijs predicando quia a te
ab humilitate sum eleuatus. Confitebor tibi domine⌋ cō
fessione laudis ⌊quoniam exaudisti me ꝛ factus es michi
in salutē⌋ vt me cū sanctis tuis ī celesti iherusalē sociares
Propheta concludens hūc psalmū vnde sumpsit exordi
um ait. Confitemini domino⌋ ꝛc monēs vt ab initio cre
dulitatis nostre vsqꝫ ad finem in deum nostrum fiduciaꝫ
habentes eius laudem perseueranter confiteamur.

UVA. BHSC. IyR_052

Psalmus. cxviij. in quo datur perfecta doctrina ad beatitudiné consequendam.

Propheta in persona omniú sanctorú loqués ait.

b Beati beatitudine spei. i. digni introduci ad vitã eternã q̃ sine macula peccati mortalis sũt in via vite presentis qui in lege domini mãdata ejus adimplédo perseverant. Beati q̃ scrutantur diuinas scripturas q̃ sunt testimonia dei vt itelligant cũ peccauerint se coram testibus deliquisse q in toto corde s. intellectu q amoris affectu exq̃runt deũ vt habeant amicũ qué deum in scripturis vidét. Beati dico qui ambulant in lege domini. Non in iniq̃tate quia q̃ operãtur iniquitaté in vijs ejus nó ambulauerũt lex eni dñi imaculata est. vie ejus vie pulchre. Et q̃a merito lex tua sãcta custodiéda est. Tu mãdasti mãdata tua custodiri valde nó tepido corde nó dissoluto animo sed fortiter cũ magna diligétia q solicitudine. Ex quo tu dñe jubes mãdata tua custodiri precor. Vt dirigãtur opera q actus mei qui per se tortuosi sũt ad custodiéda mãdata tua quia nisi a te dirigantur vie mee ego michi nó sufficio. Vtiná dirigantur vie mee. quia Tunc non cófũdar in futuro judicio cum perfecte perspexero in omnibus mandatis tuis cognoscédis q custodiédis: in omnibus dico ne peccando cõtra vnũ efficiar omniũ reus quo ad penã dãpni. Si direxeris vias meas nó ero tibi ingratus. quia Cófitebor tibi cófessione laudis in corde meo directo q justificato a te pro eo q̃ didici a spũ scõ interius loquéte michi vel a scis patribus judicia justicie tue iter queé q̃ obseruãs p̃cepta tua justificatur hic a peccatis q i futuro cóseqũtur vitã beatã. Dico laudabo te recto corde. q isup Justificatiões tuas custodiã opa justicie faciédo: q q̃a scio diabolũ circuire ad impediédũ non me derelinquat gratie tue assistétia quia si ad momẽtũ subtraxeris mandata tua meritorie adimplere non potero.

t j

UVA. BHSC. IyR_052

Propheta edocēs adolescentē etatē corrigere vitā suaz dicit q̄rendo. In quo corrigit adolescentior vitā suā ⌋ de/ prauatā sequēdo passiones ⁊ cōcupiscētias juueniles cor/ rigit ⁊ ad probitatis normā reducit: respondet o dñe ⌊ in custodiēdo sermones tuos ⌋ qui ⁊ passionū reprehensionē ⁊ mētis rectitudinē operantur. Et q̄a in custodiēdo ser mones tuos est correctio adolescētis jdeo. In toto corde meo exquisiui te ⌋ jta vt nulla particula cordis mei vacet ab inquisitione tui ⌊ ⁊ precor vt me adjuues ad impletio/ nē mandatorū tuorū ⌋. In corde meo ⌋ in memoria mea ⌊ abscondi precepta tua ⌋ diligēter memorie cōmendando sciens non aliter a peccatis me abstinere posse nisi assi/ dua eorū recordatione: ⁊ hoc est quod seq̄tur ⌊ vt nō peccē tibi ⌋ Bñdictus es dñe ⌋ omni benedictiōe ⁊ laude dignus de bono quod in me incepisti erudiēdo me in eloquijs tu is ⌊ doce me justificationes tuas ⌋ perficiēdo quod ichoatū est: q̄a frustra abscondūtur in corde eloq̄a nisi sequantur opera justicie. Doce me dñe eloq̄a tua. Quia hijs doc tus pronūciaui alijs ⌋ credētibus ⁊ dignis ⌊ omnia judicia q̄ didici per prophetas ⁊ apostolos tuos q̄ sunt os tuū ⌋. In via testimoniorū ⌋ dilectionis tue ad nos que sunt in/ carnatio natiuitas mors resurrectio ⁊ hujusmodi ⌊ delec/ tatus sum ⌋ Item in via testimoniorū que est cristus in quo sūt omnes thesauri ⁊ scientie dei absconditi delecta/ tus sum ⌊ sup̄ omnes diuitias seculi ⌋. Et quia tāte su auitatis sunt testimonia tua jdeo deinceps assidue Exer cebor in mandatis tuis ⌋ cogitando ⁊ operando ⁊ in hijs exercitatus ⌊ cōsiderabo ⌋ p̄fectius cognoscēs ⌊ vias tuas ⌋ Ex illa exercitatiōe euēiet etiā hoc ꝙ In iustificatōibus tujs meditabor nō oliuiscar sermones tuos ⌋ illas medita bor i hijs exercebor ⌋ Dico nō oliuiscar sermones tuos ⁊ ideo. Retribue seruo tuo ⌋ q̄ te solū verū deū cognosco hoc. s ⌊ viuifica me ⌋ vita gratie tu q̄ vita es ⁊ sic viuifica tus: mādata tua dū p̄sens vita voluitur ⌊ custodiā sermo/ nes tuos ⌋. Sed q̄a nō possūt sermones tui custodiri p̄ o/ bediētjā nisi prius videātur p̄ itelligētjam jdeo. Reuela

UVA. BHSC. IyR_052

absterge ab oculis cordis mei velamen littere⌋ ⁊ fac me spirituali sensu legis tue mirabilia contemplari⌊considerabo⌋ quidem de lege tua quid.s.spiritualiter significent ⌊mirabilia q̄ in lege tua⌋ cōtinētur. Reuela ⁊ illumina p̄corq̄. Incola ego sū pegrinus sū i hoc mūdo: ⁊ ideo nō abscondas a me mandata tua⌋ tanq̄ a peregrino sed reuela michi tanq̄ amico ⁊ commensali vt in obsequium tuum seruus tuus desudet Nā. Concupiuit anima mea⌋ maximo affectu vt amplius⌊desiderarem justificationes tuas⌋.i.opere justicie tue non ad horam vt mali faciūt sed⌊omni tempore⌋ etiam in aduersis. Ideo vtiq̄ concupiui desiderare. quia Increpasti⌋ flagellādo⌊superbos⌋ diabolum.s.in celo: Adam in paradiso terrestri qui se eleuauerunt in superbia ⁊ modo per tuos doctores increpas aduersarias potestates membra diaboli hereticos vel malos homines⌊maledicti⌋ in futuro⌊qui declinant⌋ per superbiam ⁊ contēptū⌊a mandatis tuis⌋ q̄bus dicturus es. Ite maledicti in ignē eternū. Quia maledicti sunt qui declinant a mandatis tuis. ideo precor Aufer a me obprobrium⌋ hujus maledictionis⌊⁊ contēptum⌋ transgressionis⌊quia testimonia tua exquisiui⌋ ad meam instructionem non ociose ⁊ somnolenter sed strennue ⁊ vigilanter

Ideo aufer obprobrium. quoniam Principes⌋.i.spiritus maligni⌊studiose tractauerunt⌋ qualiter me possēt deicere per contemptum mandatorū tuorū sed⌊seruus tuus exrecebatur in justificationibus tuis⌋ ⁊ tāto magis q̄to fortius me impugnari ab eis percipiebam. Exercebar dico quoniam. Meditatio mea⌋ jugiter⌊versatur circa testimonia tua ⁊ consilium meum⌋ est seruare⌊justificationes tuas⌋ quia vitam pollicentur eternam. Adhesit⌋.i.coniuncta est⌊anima mea corpori terreno⌋ ⁊ corruptibili consentiens ei ad aliqua illicita ne ergo inualescat peccatū⌊fortifica me⌋ vita gratie dando michi facultatē ne anima cōsēciat corpori: scio enim q̄ cōcupiscētia carnis mortē opatur: viuifica dico⌊secūdū verbū tuū Valet illud nō in solo pane viuit homo sz in omni verbo

UVA. BHSC. IyR_052

quod procedit de ore dei. quia sicut pane corpus robora/
tur: jta verbo dej robur mētis augetur. Quod peto ob
tinere cōfido. quia Vias meas] malas ꝛ iniquas i q̄bus
incesserā confitēdo] enūciaui ꝛ exaudisti me] peccata mea
dimittēdo ꝛ quia dedisti veniā. Ideo o dñe] doce justifica
tiones tuas] .i. de cetero fac me operari secūdū precepta
tua. Quia nō est satis bona agere nisi fiat debito mo/
do ꝛ ordine ait. Viam justificationū tuarū] quas legis
littera protulit] instrue me] da michi verū ꝛ plenū spiri/
tualē intellectū ꝛ ego sic instructus] exercebor] multiplici
operatiōe] in mirabilibus tuis] q̄ in figuris latēt. Exer
cebor dico. sed quādoq; Anima mea dormitauit] i. a bo
no opere tepuit] pre tedio] ibecillitatis corporee: sed tu do
mine] cōfirma me] deinceps] i verbis tuis] vt ablato pec
cati somno instanter in eis vigilem. Ut possim cōfir/
mari o dñe. Desideriū] illud per quod ad peccatū veni/
tur seu dyabolū q̄ est oīs] via iniq̄tatis amoue a me] tua
gratia ne possit michi preualere ꝛ in aliquod viciū inge/
rere] ꝛ secūdū legē tuā] apud te institutā q̄ est vt semper
miserearis] miserere mei]. Miserere dñe q̄a jā. Elegi
viā veritatis] i. xp̄z imitari ꝛ eius legē seq̄] ꝛ judicia tua]
q̄bus judicas ꝛ judicabis. vt est illud oīs q̄ credit in filiū
hoīs habet vitā eternā: ꝛ illud qui nō credit jā judicatus
est] non suz oblitus] sed illa teneo in memoria ꝛ ea mecū
semper tractaui. Nō sum oblitus judicia tua sed potius.
Adhesi] i. firmus ꝛ stabilis fui] in preceptis tuis quibus
voluntatē tuā testaris] ꝛ quia hijs adherens anteriorum
peccatorū indulgentiam merui] queso ne patiaris me de
iteratione peccati confūdi. Non tantū adhesi testimo/
nijs sed etiā. Cucurri] expedite] viā mādatorū tuorū] ope
re exequēdo: ꝛ hoc jdeo] quia dilatasti] ampliasti cor meū
caritate: patientia lōganimitate ꝛ similibus virtutibus
Dixi noli me confūdere sed potius. Legē pone michi
domine] proficere volenti non veterem tamē nimis one
rantē ꝛ imperfectam sed] eam que ad perfectionē justicie]
deducat q̄ est sola lex noua ꝛ eā habitā] exquiram] in ea

UVA. BHSC. IyR_052

proficiẽdo⌊semp⌋q̃ diu viuã. Et q̃a non est satis inq̃/
rere nisi intelligã quod exquiro. Da michi itellectũ⌋vt
ad ejus alta perueniã in quibus tota lex pẽdet ⁊ prophe/
te ⁊ habito intellectu⌊scrutabor legẽ tuã⌋perfectius cog/
noscẽdo⌊⁊ custodiã illã in toto corde meo⌋omnes vires
meas ponẽdo vt possim mãdata tua adimplere. Legez
pone dico. ⁊ etiam Deduc me per gratiã tuã⌊in semitã
mãdatorũ tuorũ⌋.i.altiora ⁊ strictiora cõsilia tua data i
euãgelio⌊quia ipsã⌋.s.semitã⌊volui⌋ tanq̃ tutiorẽ pul/
chriorẽ ⁊ breuiorẽ. Et q̃a ipsa bona voluntas a te est
oratio. Inclina cor meũ⌋vt magis ⁊ feruẽtius ac deuo/
tius feratur⌊in testimonia tua ⁊ non in auariciã⌋ aliquã
altitudinis vel pecunie que est ydolorũ seruitus. Dico
nõ inclines cor meũ i auariciã sed potius. Auerte ocu/
los interiores ne cõcupiscãt vana seculi⌋nec delectẽtur in
hijs terrenis q̃ vana sũt ⁊ caduca aut propter vanitatem
bonũ faciant sed⌊in te metipso qui es vera vita viuifica
me⌋. Quia vero timor auertit a vanitate precatur di
cẽs. Statue⌋i.firma imobiliter⌊seruũ tuũ in eloq̃o tuo⌋
vt ei firmiter obediat⌊i timore tuo⌋i quo declinat oĩs hõ
a malo. Bene dico auerte oculos meos a vanitate ⁊
etiã. Amputa⌋false tue gratie⌊obprobriũ⌋.i.peccatũ ex
quo sequitur obprobriũ si quod occultum nescius habeo
⌊quod⌋tamẽ considerata humana fragilitate⌊suspicatus
sũ⌋ne aũt in die judicij de eo possez cõuinci tibi judici au
deo cõfiteri⌊quia judicia tua dulcia sũt⌋cõfitẽti nõ seue/
ra. Et q̃a dulcia sũt judicia tua. Ecce concupiui man
data tua⌋adimplere⌊in eq̃tate tua viuifica me⌋hoc eniz
ẽ vnũ miseratõis tue donũ vt eloq̃a tua custodientes in
tua eq̃tate viuificemur. Concupiui mãdata tua. Et⌋
vt pficiã⌊eueniat⌋de celestibus⌊sup me misericordia tua⌋
qua me saluãdũ promisisti quã vt consequar⌊veniat xp̃s
redimere nos secũdũ promissionẽ tuam⌋factam Abrahe
q̃ in semine ejus benedicentur omẽs generationes. Si
veneris redimere nos. Respondebo⌋audacter⌊obpro/

UVA. BHSC. IyR_052

brioſe loquẽtibus de fide mea] illis a quibus crucifixus es vel q̃bus ſcandalũ eſt vel ſtulticia q̃ verbũ caro factũ eſt ꝛ nõ timebo[q̃a ſperaui in ſermonibus tuis] quibus dictũ eſt. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: q̃ ſũt michi bona arma ꝛ fortiſſima turris fortitudinis a facie inimici. Quia vero multi vrgentibus malis negant fidẽ precor. q̃. Ne auferas] i. auferri ſinas[verbum veritatis] verbũ fidei[de ore meo] in ꝓſecutione mea[vſq̃ quaq̃] .i. per omnia vt ipſam fidẽ negẽ[quia metu iudiciorũ tuorũ plus merito[ſperaui] a te q̃ nõ auferes de ore meo verbũ veritatis. Et ſi nõ abſtuleris a me verbum veritatis[cuſtodiã legẽ tuã in omne tẽpus] vite preſentis. Unde ſequitur. Et ambulabam in latitudine] caritatis in qua tota lex pendet[quia in deũ ꝛ in proximum dilectionẽ meã extendo] necnon in inimicos quod maius eſt[quia mãdata tua queſiui] diligẽter ea perſcrutans vt crederem ꝛ intelligerẽ. Ambulabã. Et] etiam [loquebar] conſtanter ꝛ intrepide[in cõſpectu regũ] ꝛ principum ꝛ preſidentiũ qui terrere poterant[de teſtimoniis ſcripturarũ tuarũ] certans pro veritate vſq; ad mortem [ꝛ non cõfũdebar] timore vel pudore vt cederem eis aut tacerẽ propter eos: ſicut in beatis martiribus patet. Et meditabar in mãdatis tuis que dilexi] vt opus meditationis: ꝛ dilectionis perficerẽ fructũ. Et q̃a meditatio mãdatorũ ſola non ſufficit ſine opere ait. Et leuaui manus meas] a peccato mũdas: ab effuſione ſanguinis inocẽtis alienas[ad mandata tua] adimplẽda[que dilexi ꝛ exercebor i iuſtificationibus tuis] ſollicite mẽtis affectu reuoluẽdo vt q̃ i hiis p̃ litterã idicãtur ſp̃aliter poſſim aduertere. Vir iuſtus vt ego in exercitatione mea ſtrẽnue laborẽ ꝛ in labore habeã conſolationẽ. Memor eſto verbi tui] facti[ſeruo tuo] in ſcripturis ſanctis promiſſionis vite eterne[in quo michi ſpem dediſti] adipiſcendi vitã eternam. Hec] ſpes[conſolata eſt me i afflictione mea q̃a eloquiũ tuum michi] in hiis auguſtiis poſito eterne [vite pabulũ ſubminiſtrat]. Vere cõſolatus ſũ i afflictõne mea q̃a ꝛ ſi

UVA. BHSC. IyR_052

Supbi inique agebant valde⌋justos ⁊ bonos multiplici
ter persequẽdo verũtamẽ q̃ tũcũq; me ipellerent⌊ego a le
ge tua nõ declinaui⌋ad quod tamẽ instabãt supbi. A le
ge aũt tua non declinaui. sed Memor fui judiciorũ tuo/
rũ⌋q̃bus a principio mũdi obediẽtes remuneras ⁊ ipios
dãpnas: ⁊ quomodo vnusquisq; sanctorũ permissu tuo af
fligitur in presenti: vt cõsolationez accipiat in futuro⌊⁊
cõsolatus sũ⌋ego quia cognoscẽs sine dei ordinatõne nul
lũ interfici posse cõsolatus sum in tribulationibus meis
certũ me sciens remunerandũ a te. Vir justus licet in
se cõsolatus esset dolebat tñ de peccatoribus. Unde ait
Defectio⌋.i. afflictio ⁊ dolor⌊tenuit me pro peccatori/
bus⌋non pro michi mala inferentibus sed⌊pro dereliquẽ
tibus legẽ tuã⌋qui sũt multi valde. Pro illis deficiebã
sed vt auferrẽ tediũ a me cantabam tibi psalmos ⁊ hym
nos in corde meo vnde. Cantabiles⌋⁊ ad dicẽdum delecta
biles⌊michi erãt laudes tue in loco misere vite presẽtis⌋
in qua peregrinamur a dño. Memor fui⌋in cantãdo ti/
bi laudes non solum de die sed etiam⌊de nocte⌋non so/
lum tempore prosperitatis sed etiam aduersitatis⌊nomi
nis tui⌋i. cognoui te esse dominum me seruum: ⁊ justuz
esse q̃ dominus seruum corrigat⌊custodiui⌋.i. pacientiã
habuj que precipitur⌊in lege tua⌋Hec⌋nox aduersitatis
⌊facta est michi⌋ad vtilitatem⌊quia⌋in hac aduersitatis
nocte⌊justificationes tuas exquisiui⌋homo eniz in aduer
sitate magis q̃rit justificari q̃ in prosperitate Prophe
ta in psona viri justi q̃ reliquit mundi superbiã honoruz
fastigia diuitiarũq; jactantiã ait. o. Dñe⌋ tu es⌊portio
mea⌋nõ elegi michi in partẽ aurũ vel aliq̃d mũdanũ sed
te solũ q̃ es vera via ad beatitudinẽ ⁊ q̃a te in partẽ meã
elegi⌊deliberaui decreui⌋apud me ipsũ⌊custodire legẽ tuã
Proposui custodire legẽ tuã sed q̃a viribus meis nõ con
fido. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo
miserere mei secundum eloquiuz⌋per quod promisisti vt
peccatorẽ i mortẽ nõ obrueres sed misericordia cõsolares
Miserere deprecor quia. Cogitaui⌋diligẽter⌊vias meas⌋

UVA. BHSC. IyR_052

priores ꝙ cognoui ꝙ non erãt recte ꝙ ideo ⁊cóuerti pedes meos ⁊i. affectus meos ⁊in testimonia ⁊preceptorũ tuorũ vt ibi haberét viam quia illa nó sinũt errare. ℙropo/ sui custodire legé tuã. sic ꝙ etiã ℨParatus sũ ⁊prompta voluntate ⁊vt custodiã mãdata tua ꝙ nõ sũ turbatus ⁊ad uersus me vndiq; circũstantibus ꝗa propter cristũ para/ tus sum aduersa omnia sustinere ℕon turbor in aduer sitate patet quoniã. ℨFunes ⁊i. deceptiones iniqua expro bantiũ jacula ꝙ alia ipediméta quibus inimici mei post se me retrahere conabãtur ⁊circũplexi sunt me ⁊ex omni parte frustra tamen quia ⁊legem tuam non sũ oblitus ⁊.

Vere non sũ oblitus quia. ℨMedia nocte surgebam ad laudandum te ⁊de omnibus gratias agés etiam ⁊de hoc ꝙ me judicabas flagellandũ vt justificares ⁊quia hoc signũ est ꝙ sum de familia tua. Quid ꝑ singula. ℨParticeps ego sum omniũ timétiũ te ⁊timore filiali ⁊ꝙ custodientiũ mãdata tua ⁊ ℘e cõstãtia in aduersitatibus in domino confido quia. ℳisericordia domini plena est terra ⁊quia omnia dat nobis ex sua misericordia qui solé suũ oriri fa cit super bonos ꝙ malos ⁊mãdata tua doce me ⁊vt intelli gã prediceré ꝙ opere adimpleam. ℘ domine propono in bono firmiter stare ꝙ debeo quia. ℨBonitatem feciſti cũ seruo tuo ⁊peccanté ad penitentiam expectando peni/ tentem ad profectum promouendo proficientem ad glo/ riam perducẽdo: ꝙ hoc feciſti nõ secundũ meritũ meũ sed ⁊secundũ promissioné tuam ⁊ne peccanté in jra punires sed misericordia consolares. Vt amplius in gratia pro ficiã. ℨBonitaté ⁊doce me inspirando caritaté vt ex amo re operer ꝙ sit michi boni delectatio ⁊disciplinã doce me ⁊ in tribulatione patientiam tribuendo: ꝙ scientiã doce me illuminando intelligentiam ⁊quia mãdatis tuis credidi ⁊ .i. ea opere compleui. ℘oce me quia cõfiteor. ꝙ ℳe liqui ⁊per actualé culpam a qua culpa non poteram libe/ rari nisi per disciplinã. deliqui dico ⁊priusq; humiliarer ⁊a te per correctionem ⁊propterea ⁊ne rursus flagellis humi liarer ⁊mandata tua custodiui ⁊ Deinde laudat judicem

UVA. BHSC. IyR_052

vt impetret dicēs. Bonus es tu] in te ꝙ essentialiter bo
nus] doce me opera iusticie] eo ꝙ bona sint sicut ꝙ tu bo
nus es. Et necesse est vt doceas. quia Multiplicata est
super me iniquitas superborū] demonū nitentiū impelle
re in peccatum non tamē refriguit in me caritas quia [e
go toto corde meo scrutabor mandata tua] consolationē
requirens in eis. Multiplicata est super me iniquitas
superborū. quia Coagulatum] .i. induratum [est cor eo/
rum super me] contra quorum obstinationem [refrigerū
suscepi in meditatione legis tue. Disciplinam dixi doce
me. quia Bonū michi ꝙ humiliasti me] .i. ꝙ me diuer
sis temptationibus exercuisti ḡa p hoc [didici mādata tu
a implere] que non in superbia sed in humilitate discūtur
Bonū michi lex] euangelica [ore tuo prolata] quia vbiq;
ꝙ in omnibus me consolatur [super quantascunq; diuiti/
as ꝙ quecūq; amabilia huius seculi] Bonū michi lex o/
ris tui ꝙ iustum est quia o domine. Manus tue] potenti
a ꝙ sapientia tua quibus voluntas tua omnia operatur
[fecerūt me] ad ymaginem ꝙ similitudinem tuā et plas/
mauerūt me] secundū corpus ꝙ ideo quia ob hoc obligor
ad seruitiū tuū [da michi limpitudinē intellectus] illumi
na intellectū [vt mādata tua clarius intelligā] sepius in
meditatione reuoluā ꝙ deuotius cōplectar. Prophetа in
persona ecclesie: da michi domine intellectum quod si fe/
ceris. Qui timent te] timore filiali. i. sancti viri fideles
tui [videbūt me] sic illuminatum [et inde letabuntur] de
profectu meo spūali hic ꝙ in futuro. Item propter hoc
debes dare intellectum [quia in verbo tuo] .i. filio tuo vel
verbo tuo quo bonis bona promittis [supersperaui] Ide
o da intellectum quia iam. Cognoui] ꝙ [iudicia tua] qui/
bus iudicas facientes mandata ꝙ non facientes sunt non
tantum equa sed [equitas] quia a iusto ꝙ equo nunq; diui
duntur cognoui etiam ꝙ [iusto tuo iudicio me humilia/
sti] in hīs miseriis deiciendo me in necessitate moriendi
propter in obedientie superbiaz primorū parentū vt cor
rigeres. Sed contra has miserias precor. Fiat miseri/

UVA. BHSC. IyR_052

cordia tua michi seruo tuo] vt [qui ad tempus fui humi/
liatus: eterna gaudeam consolatione [secundū promissū]
quo promisisti vt post humilitatem afflictionis tribueres
presidium consolationis. Veniant michi miserationes
tue]. i. affectus pie affectionis q misericordie tue [q viuā]
vita gratie in presenti q vita glorie in futuro que sola ve
ra vita est qua qui viuit nō timet mori q hoc ideo [quia
lex tua meditatio mea est] que disponit ad gratiam habē
dam q ad habitam augendam. Sic me viuifica per mi
sericordiā qui humiliter obedio sed. Confundātur super/
bi] in peccatis suis [vt cognoscant inique egisse aduersus
me ego autem in mandatis tuis] adimplendis: ostendens
eis exemplariter que oporteat eos facere [exercebor] Et
quia contra impugnationes malorū opus est auxilio bo
norū ait. Conuertantur] in auxiliū meum [omnes timen
tes te] filiali timore [q qui nouerūt testimonia tua] intel
ligendo q operando. Pro me specialiter precor q. Fiat
cor meū imaculatum] per remissionem omniū peccato/
rum [in operibus iusticie] que iustum faciūt homines [vt
iudicio dampnationis sententia me non cōfundar] cū im
pijs quando dicetur eis. Ite maledicti ꝛc. Vox pro/
phete in persona sanctorū patrum vel ecclesie. Defecit
omnibus anima mea solius saluatoris accensa desiderio
q [in verbum tuū] quod in principio deus erat apud deus
super merita mea [superspraui] vt ab eo redemptus in
patriam reducar. Anima mea defecit ab omni appetitu
terrenorū q etiam. Oculi mei defecerūt] oculi mei inte/
riores pre magnitudine desiderij [in promissum tuum] q
de celo venires defecerūt oculi mei dico [dicentes quādo
consolaberis me] mittendo saluatorē. In defectione spi/
ritualium oculorū. Factus sum] ieiunando vigilādo orā
do q in alijs spūalibus exercitijs [sicut vter in pruina] ab
arbore peccati infrigidatus q a noxijs desideriis mortifi
catus [precepta tua] quibus homines iustificantur [non
sum oblitus] quin ea semper custodirem q adimplerem.
Cum factus sum sicut vter in pruina o domine. Quot

UVA. BHSC. IyR_052

sunt dies serui tui] i.q̃diu patiar ego istas miserias: q̃/ diu retardabor in huius mundi temptationibus ꝙ necessi tatibus [quãdo] insuper [facies de persequẽtibus me iudi cium] .s. de dyabolo et satellitibus eius contere velociter sub pedibus nominis qui nos persequũtur. Opus est vt facias iudicium quia. Narrauerũt michi iniqui] here tici ꝙ pagani [multa fabulosa ꝙ conficta] vt me a verita/ tis tramite detorquerẽt [sed non] sũt michi istaplacita [si cut lex tua] que est lex imaculata lex veritatis. Vnde se quitur. Non sunt vt lex tua quoniã. Omnia mandata tua veritas nullo errore nulla falsitate permiscẽtur vt/ pote que ab ineffabili veritate ꝙ inoffuscabili diuinitatis luce sunt deriuata: talia autez non sũt hereticorũ precep ta sed falsa vana erronea ꝙ que in perditionem deducũt ꝙ quia tua veritas. me delectat [persecuti sũt me] multa mala inferendo vt saltem me per hoc sue voluntati subi cerent sed tu domine [adiuua me] contra eorũ deceptiões ꝙ persecutiones. Opus est vt me adiuues dicit ecclesia: quia tot fideles pro defensione veritatis tue ab iniquis i fidelibus ocioſi sunt. q̃ Paulominus] .i. fere [consuma uerũt me in terra] que est afflictionis locus sicut celũ cõ solationis sed non valuerũt in toto me extinguere: quo niam [ego] in multis membris meis [non dereliqui veri tatem mandatorum tuorũ] . Sed vt possit perseuerare vsq̃ in finem ait. Secundũ misericordiam tuã] vt possiz viriliter resistere persecutoribus meis [ꝙ custodiaz que in lege mandasti] vel in euangelio protulisti. Merito debe o custodire testimonia tua. quia Verbum tuũ] .i. obser uantia mandatorũ tuorũ [in eternũ permanet] in celesti/ bus spiritibus qui dei mandata semper obseruant ꝙ nũq̃ ab eis per transgressionem recedũt. Et quia non soluz in celestibus creaturis permanet verbum dei sed etiã in terra ait. [In generatione] priorũ iustorũ [ꝙ in generati one] iustorum noui testamenti [permanet veritas tua] q̃ nunq̃ defuit in sanctis tuis [fundasti ecclesiam] in vtroq̃ populo in fundamento vno quod est cristus et permanet

UVA. BHSC. IyR_052

veritas in ea ꝙ hoc dispositione diuina. Vnde sequitur. Ordinatione tua perseuerat lex] veritatis tue in ecclesia ꝙ ratio est] quoniã omnia] temporalia ꝙ eterna] seruiunt tibi] omnia enim pro tuo nutu disponis ꝙ si diuerso modo

Confiteor ꝙ lex tua ita valida est cõtra affictiones huius seculi ꝙ. Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est] ꝙ nõ tãtum vt sciam sed vt perficiam] fere periissem in afflictione mea. Et quia meditatione legis tue me a perditione liberasti ideo. Non obliuiscar iustificationes tuas per totam vitã meam quia in ipsis iustificationibus viuificasti me] per earũ meditationẽ preseruãdo me a morte peccati. Et quia viuificasti me. Tuus sum ego seruiẽs tibi] per omnia: ꝙ ideo] saluũ me fac] perducendo ad eternitatem] quia iustificationes] in lege tua contentas] studiose exquisiui] ad intelligendum ꝙ cõplendũ. Necesse habeo vt saluũ me facias. quoniam Me expectauerũt peccatores] quasi in insidijs latitãtes opportunuz tempus ad ydoneas deceptiones querendo adhoc] vt perderẽt me] faciendo me consentire ad malum sed inde non perii] quia testimonia tua intellexi] que me decepi nõ permittebant. In quibus testimonijs tuis intellexi. Omnis virtuose perfectionis siue consumationis finem esse latũ mandatum tuũ valde] s. preceptum caritatis. finis enim precepti est caritas quod preceptum ita latum est vt ad inimicos se extendat: Vidi legem caritatis que est finis connsumationis ꝙ ideo. Quomodo] i. ꝙ fortiter ꝙ vehementer] dilexi legem tuam domine] in cuius signũ] coutinue meditatio mea est. Et ideo. Super inimicos meas] iudeos paganos ꝙ hereticos] intelligentẽ me fecisti] veritatem tuã] quia mandatũ tuũ] ducit me ad eternitatẽ quod nõ facit inimicos quia illi vel non intelligunt spũaliter. ſz pertuer se: vel non operantur. Et non tantum super inimicos meos prudẽtem me fecisti sed. Sup omẽs docẽtes me] scribas ꝙ phariseos q̃ se clauẽ scie habere dicebãt] intellexi sacre scripture veritatem ꝙ hoc ideo quia testimonia tua meditatio mea est] .i. diligens inquisitio in spiritu nõ in

UVA. BHSC. IyR_052

littera: non enim in littera sed in spiritu quiesco que me
ditatio nõ est illorũ qui falsa ibi sentiunt ⁊ docent. Non
solum super docentes sed etiam. Super senes⌋.i.antiqui
ores sacerdotes ⁊ principes⌊intellexi⌋ melius eniz intelli
git nouus populus qui hic loquitur qui accipit q̃ ille se
nior iudaicus: ⁊ hoc ideo⌊quia mandata tua quesiui⌋inte
rius nõ exterius. Quesiui mãdata tua ⁊ cõpleui. vnde
Ab omni via mala⌋que ducit in perditionem⌊prohibui
affectus meos vt custodiam verba tua⌋ quod aliter fieri
non poterat: Non enim peccata ⁊ mãdata se compati/
untur. A iudicijs aũt tuis⌋que pertinent ad regulã vi/
uendi contẽtis in lege tua⌊nõ declinaui quia tu⌋cui obedi
re debeo⌊legem posuisti michi⌋ q̃ si ab hijs declinarez iu
dicijs: ineternũ iudicio condẽpnarer. Merito dilexi le/
gem tuã ⁊ diligo quia. Eloquia tua facta sunt michi val
de dulcia⌋viribus anime mee: dulcia dico⌊super mel ⁊ fa
uuz⌋queita dulcia sunt vt eisdem gustatis omnis erroris
amaritudo de corde confestim recedit. Per obedientiaz
mãdatorũ⌋veniens ad altitudinem sapiẽtie⌊intellexi⌋ nõ
esse ambulãdum cum impijs⌊propterea omnẽ odiui viã
iniquitatis. Dilexi domine legem tuam propter dulce/
dinem quã inde sensu etiã diligo: quia. Verbũ tuum⌋p
Moysen ⁊ alios prophetas ad nos delatum ⌊est lucerna⌋
in testa ⁊ veritas sub figura⌊affectibus meis dirigẽdis ad
te⌋ lucerna quidem in huius seculi nocte lucens vt preca
ueam laqueos funiũ.i.a precipitio fouerarũ quas dyabo
lus nobis preparauit: que prouidentia mea vitare nõ pos
sem⌊⁊ lumen semitis meis⌋⁊ hoc lumine preeunte. dum
vie huius semitas gradimur ad illam que via vera ẽ per
ducamur. Et ideo. Juraui ⁊ firmiter statui custodire
iudicia iusticie tue⌋per quã peruenitur ad salutem. Ju/
raui custodire iudicia iusticie tue tanq̃ verus amator e
ius ⁊ per illaz. Humiliatus sum valde⌋sed o tu⌊domine
viuifica me⌋aliter parum valeret humilitas mea⌊secũdũ
verbum tuũ⌋vt secundũ verba tua viuam ⁊ omnia cum
discretione faciam. Et ideo deprecor vt. Sacrificia lau

UVA. BHSC. IyR_052

dis] caritate non timore oblata [beneplacita ꝙ acceptabili a ꝙ delectabilia sint tibi domine ꝙ iudicia tua doce me] vt illa intelligam ꝙ opere complcam. Doce me opus est. s. ne cr̃em. quia Anima mea] i. mors ꝙ vita anime mee est [semper in manibus meis] .i. in operibus quia si desi no bene operari: morietur anima mea [ꝙ legem tuam nō sum oblitus] imo iugi meditatione illam retinui vt regu lam operationis mee. Legem tuā non sum oblitus ꝗa licet. Peccatores] ꝙ spūs maligni [posuerint michi la/ queos] .i. minas blādimenta seculi quascunq; malas per suasiones ꝙ persecutiones vt caderem tamen [de manda/ tis tuis non erraui] male intelligendo vel contra operan do. Non erraui dico imo. Hereditate acquisiui. i. fir/ ma possessione quia [testimonia] ꝙ precepta tua hereditas mea in eternum: quia in eis exultat ꝙ delectatur cor meū

Et ideo. Inclinaui cor meum ad faciendū mādata tua] perseueranter vsq; in finem vite mee [propter retributio nem] vite eterne vt illam mereat percipere.

Vox prophete in persona ecclesie. In sig/ num q; dilexi legem tuam. Iniquos] non quia homines sed quia mali. i. iniquorū vicia [odio habui quia legē tuā dilexi] cui ipsi aduersantur. Cum iniquos deuitem ꝙ cu stodiam legem. Adiutor meus] ad bona ficienda [ꝙ sus/ceptor meus] ad mala precauenda [es tu] vel adiutor in presenti ꝙ susceptor in futuro [ꝙ in verbo tuo] non in legē non in prophetas sed in diuinitatis presidium in quo nul lus decipitur in quo a morte absoluimur [supersperaui]

Ideo. Declinate a me] vos o [maligni] separate vos a meo consortio in quorū presentia diuinam non valeo te nere religionē: ꝙ vobis declinatis ꝙ separatis [scrutabor mandata dei mei] que michi spem prestant ac solamen.

Cupio domine scrutari mandata tua ꝙ vt hoc bene pos sim. Suscipe me] ad te fugientem tuam doctrinam cupi entem a malorum impugnationibus [liberando [secundū eloquium tuū] illud. s. Venite ad me omēs qui laboratis ꝙ ego reficiam vos [ꝙ viuam] in anima vita gratie [ꝙ] nō

UVA. BHSC. IyR_052

confundas me ab expectatione mea] vite eterne sed da ob
tinere quod spero. Non cófundas dico sed potius. Ad/
iuua me] in hac vita ad bene operādū quia per me nichil
possum] q saluus ero] tuo auxilio adiutus] et meditabor i
mandatis tuis] sine fine. Ideo meditabor in mandatis
tuis. quia attendo q Spreuisti omnes discedentes a mā
datis tuis] q hoc ideo] quia iniusta cogitatio eorum] est q
vere iniusta quia voluntarie recedunt a iusticia. Preua
ricantes] a lege dei naturali siue scripta] reputaui pec/
catores terre] quia terrenis inuoluūtur delictis: et ideo
ne de numero horū inueniar] dilexi testimonia] que in le
ge] tua] sunt. Dilexi domine testimonia tua q ne moue
ar ab illis Confige] comprime refrena] timore tuo carna
les concupiscentias meas] tecū cōuenire tibi cōmori: te/
cum cōsepeliri paratus sum: vt in futuro tibi resurgere
merear] a cōsideratione futurorū iudiciorū tuorū timui]
Timui q ideo. Feci iudicium] cōfigendo carnes meas
] feci iusticiam] opus iusticie exequendo] non permittas
me tradi calumpniantibus me] spiritibus malignis qui
semper nocere michi moliūtur. Non tradas me sed po
tius. Suscipe me] vt patronus] seruū tuū] nō alterius] i
bonū]. s. quem illi impellūt ad malum vt. s.] calumpniā
do non superent me superbi]. s. dyabolus q ministri eius
qui superbissimi sunt. Debes suscipere. quoniam Ocu
li mentis mee a se defecerūt] attenuati sunt ardenter in/
tuendo] in salutare tuū] cristum vt ab eo veniat auxiliuz
michi quia non possum propria virtute consequi saluté:
defecerunt etiam oculi mei] in eloquiū iusticie tue] trimā
do eius secreta quia transcendit humane intelligentie fa
cultatem. Et ideo Fac cum seruo tuo secundū miseri
cordiam tuam] non secundum merita mea vt per tuam
gratiam suppleas humane infirmitatis defectum] q iusti/
ficationes tuas doce me] vt earū vtilitatem sicut sepius
optaui possim auertere. Bene dico fac cuz seruo tuo q̄a
Seruus tuus suz ego] q quia seruus debet intelligere vo
luntatem domini sui ideo] da michi intellectum vt sciam

UVA. BHSC. IyR_052

testimonia tua] cognitione pleniori ꝙ impletione. Et debes facere .quia Tempus est faciendi] vt. s. des michi intellectum vberiorem legis tue per quam possim defendere contra hereticos quia [dissipauerũt legem tuam] iudei heretici non recte sed peruerse eam interpretantes. Illi dissipauerũt ego autẽ ꝙ econtrario Dilexi mandata tua veraciter intellecta ad defendendũ [super aurũ] quod preciosius est inter metalla [ꝙ super topaçion] que super omnium gẽmarũ pulchritudinem vincit. Propterea ad omnia mandata tua] toto studio [dirigebar] impẽda [omnem viam iniquam odio habens. Ad mãdata tua dirigebar merito. quia Mirabilia] .i. digna admiratione sũt [testimonia tue] bonitatis dum video que ꝙ qualia ꝙ quot oliz in Abraham ꝙ filiis israel ꝙ in ceteris fecisti [ideo scrutata est ea anima mea] querendo eorũ intellectum: vt certa te declarante cognoscam. Et scrutans ea inuenio ꝙ Declaratio sermonũ tuorũ] qui in lege ꝙ prophetis continentur per nouam legez facta tenebras nostras [illuminat] ꝙ [dat intellectum humilibus vt intelligãt. Quia mãdata tua desiderabam ꝙ non erat michi bene vnde possẽ. Aperui os meum] petendo pulsãdo [ꝙ attraxi bonis meritis [spũm] scũm quo facerem quod per me facere nõ poteram. Et quia desidero vehementer oro. Aspice in me] oculo pietatis [ꝙ miserere mei] sicut iudicas miserendum aliis [diligentibus nomen tuum ita de me iudica].

Miserere dico. ꝙ Gressus meos dirige [nõ secundum carnales voluptates sed tua iussa vt non qua ego volo sz qua tu iubes semita incedam [ꝙ nõ dominetur mei aliq̃ iniusticia] quia tuo sum famulatui omnino mãcipatus.

Et etiam. Redime] libera [me a falsis criminationibus hominũ] vt libere ꝙ quieto animo [custodiam mãdata tua]. Et vt possim illa custodire. Faciem tuã illumina super seruũ tuũ] dando michi spũalem legis intelligentiã [ꝙ doce iustificationes tuas] vt quod in illis cerno per speculum certa contemplatione conspiciã. Oraui et debeo a te domine exaudiri quia ꝙ si alias peccaui veram

UVA. BHSC. IyR_052

tamē penitētiam egi. Copiosas eni lacrimas deduxerunt oculi mei ꝙa non custodierūt legē tuam. Merito deduxerūt lacrimas oculi mei quia scio. ꝙ Justus es dñe ⁊ rectū judiciū tuū. hec eni duo omni sūt metuenda peccanti. Rectū judiciū tuū dico. vnde Mandasti. p multos ⁊ multo tēpore. legē tuam. continētē justiciam. ⁊ testimonia tua. continētia veritatē. valde obseruari. ita vt nullo obstante pretermittātur. Et ꝙa inimici mei negligūt custodire legē tuam. Tabescere. deficere. me fecit çelus meus. super domo dñi dolēs. ꝙa oblīti sunt verba tua inimici mei. obliuiscētes eni precepta legis fecerunt domū tuam spelūcam latronū. Ideo iste çelus est mihi. quia Eloquiū tuū est valde ignitū. exurit vicia ⁊ accēdit hominē ad amorē dei ⁊ domus eius: ⁊ contra impios illuminat. ⁊ seruus tuus dilexit illud. Ex persona populi cristiani: çelus iste est michi. ⁊ si Ego adolescētulus sum. etate sequēs populū veteris legis ⁊ contēptus: quia in principio ab infidelibus multipliceter afflictus: nichilominus. justificationes tuas non sū oblitus. quin sē per meditarer ⁊ compleret. Merito non sū oblitus ꝙa Justicia tua justicia ineternū. ꝙa qui eam sequitur gaudebit ineternū. ⁊ lex tua veritas. in nulla sui parte continēs falsitatē: veritas est non vmbra nō figura sicut lex mosayca sed res ipsa promissa. Pro qua veritate legis prophēta multa preferēs ait. Tribulatio ⁊ angustia inuenerūt me. non tamē fugiētē sed paratū ad oia sustinenda ⁊ ꝑtūcūꝙ seuiāt inimici tui. mādata tua meditatio mea est. nulla eni tribulatio me a lege tua diuellere potuit.

Ideo testimonia tua meditatio mea sūt. ꝙa Equitas testimonia tua. ꝙa semper justa sūt: nichil iniquū nichil inhonestū precipiētia ⁊ ineternū regnū ducentia. ⁊ intellectum da michi. eorū vt pro eorū intelligentia. vitam possim capere sempiternā. Quia vero tribulatio ⁊ angustia inuenerūt me. Clamaui in toto corde meo. quia vndiꝙ sūt hostes visibiles ⁊ inuisibiles. exaudi me dñe. qui potens es. justificationes tuas requirā. vt faciam.

UVA. BHSC. IyR_052

d Omine probasti me ⁊ cognouisti me⌋ .i. cognosci me fecisti⌊tu cognouisti sessionem meā⌋ .i. ꝙ in humilitate patientiam habeo ⁊ confiteor peccata mea⌊⁊ resurrectionem meam⌋ .s. ꝙ iustificatus per gratiam resurgo ⁊ in spe vite eterne erigor. Intellexisti cogitatiōes meas⌋ab eterno⌊⁊ semitā meam⌋ .i. inocultum affectum meum⌊⁊ funiculuz⌋ .i. iudicium ⁊ discretionem quam ego habui inter bonū ⁊ malū⌊inuestigasti⌋ .i. perfecte nosti. Omnes vias meas⌋omnia opera⌊preuidisti⌋anteq̄ essem in rerum natura ⁊ scis ꝙ⌊nō est sermo⌋sine veritate⌊in lingua mea⌋ Vere preuidisti omnes vias meas. quia Ecce tu domine cognouisti omnia⌋que sunt ⁊ erunt ⁊ fuerunt quātumcūqz sint aliis abscondita⌊tu formasti me⌋ principaliter⌊et posuisti super me manum tuam⌋conseruantē me in esse. Quibus consideratis domine. Mirabilis est sciētia tua supergreditur me non possum⌋scire tua secreta: eleuata est vt in profundum sapientie tue non possim intrare. Et deliberans a deo non fugiendum dicit. Quo ibo a te ipso qui es spiritus⌋qui vbiqz est: quo plenus est mūdus⌊quo a p̄sentia tua fugiam⌋hoc eniz est impossibile. Quia. Si ascendero in celū tu illic es⌋per refulgentiam tue glorie⌊si descendero ad infernū ades⌋ per exerciciū tue iusticie nulla altitudo te altior: nullum profundū te profundius: occidens ⁊ oriens in tua continentur manu. Certe fugere non possum. quia etiam Si haberē pēnas quibus possez velocissime volare⌋tanq̄ auicula pēnata ⁊ diluculo quando vacua est ⁊ sic possem peruenire⌊⁊ extrema maris remotus⌋ab hominibus non fugiam a te. Etenim illuc⌋si volarem⌊manus tua deducet me⌋quia sine te transire non potero: ⁊ me deductum⌊oportebit ꝙ potentia tua te

UVA. BHSC. IyR_052

neat] aliter deciderem in nichilum: ꝙ sic non possum effu
gere presentiã tuã. Et cũ viderem ꝙ euadere nó posse
fugiendo cogitaui si euadere posse latendo. Et dixi] apud
me conferendo [forsitan tenebre conculcabunt] .i. abscondent [ꝙ sic nox erit illuminatio mea in deliciis meis] .i.
consolatio mea quia libere ꝙ audacter fruar omnibus de
liciis in illis tenebris. Et ostendens ꝙ nichil valuit co
gitatio sua de sic euadẽdo ait. Nó bene cogitaui. Quo
niam que fiunt in tenebris non absconduntur a te] quia
nichil in eis existens latet te. Unde [eque tibi manifes
ta sunt que fiunt in tenebris: sicut q̃ fiunt in plena luce.
Quod eque uideatur a deo res in tenebris ꝙ in luce pa/
tet. Quoniam possedisti renes meos] .i. interiores affe
ctiones in potestate tua habens eas [suscepisti me] educen
do me tanq̃ tuũ [de utero matris mee in quo] tanq̃ in te
nebris latebat. Et qz dñe tante potẽtie ꝙ sapientie es ꝙ
te fugere uel latere nõ possũ: ideo nó fugiã. sed Cófitebor
tibi] cófessione laudis ꝙ merito [qz terribiliter] i. mutabi
liter incõprehẽsibiliter [magnus es] ꝙ etiã [opera tua sunt
mirabilia] mirabilia sunt opera creatiõis q̃a de nichilo.
mirabilia opera recreationis quia de proprio sanguine.
mirabilia opera iustificationis quia sine merito. mirabi
lia sunt opera miraculorũz tuorum quia modo insolito.
mirabilia opera glorificationis: quia plena ineffabili gau
dio [ꝙ anima mea] fide per te illuminata [conabitur val
de] quantuz poterit [ad cognoscenduz] opera tua. Vox
ecclesie. Anima mea cognoscet quia. Non est occultuz
os meum a te] .i. infirmitas mea interior [que est absco
dita hominibus tibi non] qui omnia nosti sed tu [qui per
feciste eam] vides ꝙ frangi nó potest: occidi enim possũt
sancti: sed flecti nequeunt [ꝙ substantia mea est in inferi/
oribus terre] .i. in carne fragili consisto: ꝙ tamen os nó
cedit malis. Vox cristi. Aliquos in corpore meo feci/
sti fortes vt ossa ꝙ etiam. Oculi] misericordie tue ꝙ pie
tatis viderunt infundendo radios gratie tue [imperfectũ
meum] .i. imperfectos meos quia etiam titubantes re/

UVA. BHSC. IyR_052

ſpicis vt petrum ne pereant [q in libro tuo].i. me quez dediſti formam iuſticie hominibus [ſcribentur].i.inſtruentur [omnes] non modo perfecti ſed imperfecti: non ergo deſperét [dies].i.apoſtoli [formabūtur] in me a quo perfectionem gratie ſuſcipient: q meo nominabuntur nomine [q nemo in eis] formabitur in eſſe gratie: nec ab eis nominabitur: Ut a Petro petrini: ſed a criſto dicuntur fideles criſti. Vox criſti: ſed tamen. Valde honorati ſunt a me amici tui deus].ſ.apoſtoli quos ad apoſtolatū vocaui quibus poteſtatem miraculorum dedi [valde confortatus eſt principatus eorum] facti enim ſunt principes duces q paſtores eccleſie: quibus dictum eſt: quecunq; ligaueritis ſuper terrā erunt ligata et in celo. Merito confortaui eos: quia ego non alius. Dinumerabo eos] quos in fide genuerunt: q ipſi taliter credentes enumerati [multiplicabuntur ſuper arenam].i. ſuper plebem iudaicam: que arene dure ſterili q infructuoſe comparatur: q hec multiplicatio prouenit ex hoc q [ſurrexi] a morte [et] licet ſurrectio propria virtute ſit ſignum [diuinitatis] tamen adhuc ſum occultus pluribus [apud te] quia non eſt manifeſta omnibus mea poteſtas que tandem in iudicio erit omnibus cognita. Sicut honorabiles ſūt michi amici tui deus. Ita inimici deteſtabiles. q ideo [cū occideris deus peccatores] morte gehenne dicam q ego ad eos [viri ſanguinum].i.peccatorum [declinate a me] q̄ etiam horreo vos videre: illos enim quos tu viuificas ego viuifico: q illos occido quos tu occidis Ideo declinate a me viri ſanguinū. Quia dicitis in cogitatione veſtra] deridēdo bonos fideles [accipiant] iſti predicatores q prelati [ciuitates ſuas].i.bona eterna q̄ ſibi promittūtur: deriſorie loquuntur que promittuntur dico [in vanitate] i.non in veritate ſua: ecce falſitas opinionis loquētium

Si oderis deus peccatores. Nōne] concordās iuſticie tue [qui te] corrigentem q dāpnantem [oderant] oderam certe ſic q omnibus hominibus deberent eſſe odioſi [q cō tra inimicos tuos reſoluebar] dolore interius zelo iuſti/

UVA. BHSC. IyR_052

cie contra eos iratus ꝙ te ⁊ nomen tuū impugnabant. Oderam⌋ dico⌊ perfecto odio⌋ sic nec propter vicia oderiz homines nec propter homines vicia dilexerim⌊ ⁊ inimici facti sunt michi⌋ .i. me odio habuerunt. Et quoniā timeo ꝙ aliquid lateat tibi displicibile. Proba me⌋ i. probatuz ostende per aliquas temptatisnes ⌊ ⁊ fac me scire⌋ ea que latent⌊ in corde meo ⁊ fac me cognoscere semitas meas⌋ facta ⁊ cogitata per me. Et fac me videre si aliqua culpa in me est⌋ faciendo. aut consentiendo. aut negligendo. que negligenda non erant: vt per penitentiā emunder ab illa culpa⌊ ⁊ deduc me ad viā ⌋ que ducit ad beatitudinez⌊ eternam⌋

Psalmus. cxxxix. In quo monet orare deum cōtra mala seculi.
Propheta in persona ecclesie vel cuiuslibet iusti.

e Ripe me domine ab homine malo⌋ non vno tantum sed a toto genere malorum et principe suo diabolo⌊ ⁊ a viro iniquo eripe me. Qui⌋ mali⌊ cogitauerunt iniquitates in corde contra me ⁊ continue cōstituebant prelia⌋ scismata ⁊ hereses contra que pugnarem. Et ostendens quibus prelijs persequantur ecclesiam ait. Acuerūt linguas⌋ i. acutas et exquisitas sententias parauerunt sibi vnde possent transfigere corda hominum simpliciuz audientium⌊ sicut serpētes⌋ per linguas virus mittentes quia venenosa ⁊ nociua erant verba eorum sicut morsus serpētis. nec miruz si verba eorum erant venenata quia ⌊ sub labijs eorum⌋ .i. sub linguis eorum erat⌊ venenum⌋ .i. odiuz et inuidia contra ecclesiam⌊ aspidū⌋ i. incurabile. quia ab eis nō potest extrahi per predicatores dei: sicut nec venenum ab aspide per incātatores. Qui quia nō est solū labijs sed opere persecuntur ait. Domine custodi me de potestate diaboli⌋ ⁊ ministrorū eius⌊ ⁊ ab hominibus iniquis⌋ qui sunt eius mēbra⌊ eripe me⌋ vt cessent

UVA. BHSC. IyR_052

mala que michi faciunt. Qui .s. homines iniqui co
gitauerũt supplantare .i. retrahere gressus meos a via
dei q superbi velut heretici qui de se presumũt latenter
parauerũt laqueũ .i. deceptionem michi ne perciperẽ
et cauerem. Persequũtur autem superbi predicti me la
tenter: et etiã patenter. quia Funes .i. peccata sua pro
pria que michi suadent facere malũ extenderũt in laque
um vt me traherẽt ad faciendũ similia: q quasi pedibus
laqueũ ita scandalum in quo cespitarem per culpam: q
caderem in gehennam iuxta iter vt facilius me capere
possent: si a rectitudine fidei declinassẽ. Dir iustus vi
dens se tot modis impugnatũ q q nullũ aliud remediu
erat sibi nisi clamare ad dominũ: q ideo clamãsait. Di
xi domino in quo solo cõfido deus meus es tu cui liben
ter seruio exaudi vocem deprecationis mee vt me libe
res a psecutione iimicorũ meorũ. Bene dixi deus me
us es tu ꝙa tu. Dñe vere dñe es virtus salutis mee
dando michi vires perseuerãdi: vt perseuerando sim sal
uus obũbrasti per gratiã mentẽ meã me protegendo
in pugna: quia luctor foris contra ficos: q intus contra
cõcupiscentias et passiones meas. Exaudi me domie
etiã in hoc vt. Non sinas me cadere in desiderium pra
uum alicuius peccati vt locus fiam diabolo cogitaue
runt contra me inimici mei mala: sed tu dñe ne dere
linquas me subtrahendo gratiã ne de me victo trium
phent et gaudeãt De malis que superuenient inimi
cis suis ait. Caput circuitus eorũ qui mala cogitãt con
tra me. s. diabolus: quia sicut nunq̃ recte incedit: ita ma
los ad rectã viam peruenire nõ sinit: sed in circuitu am
bulant: perdet illos q labor labiorũ suorum .i. menda
cia et figmẽta que cũ labore inueniunt q fingunt inuo
luent eos morte eterna. Unde sequitur. Cadent super
eos carbones ignis infernalis q in miseriis nõ subsistẽt
quia pena infernalis est insupportabilis. Illi defendunt
peccata sua labiis mendacibus sed. Vir liguosus .i. qui
amat mendacia nõ cauens quid loquatur nõ dirigetur

UVA. BHSC. IyR_052

in hac vita ad bona opera. virū iniustū mala capient in interitu suo. Mala dico capient iniustum in interitu suo: quia ego per spūm sanctuz. Cognoui. quod tamē illi mali non preuident. quia. tandem. faciet dominus iudicium inopis. .i. iusti: qui esurit iusticiā q querit sentiando pro eo cōtra malos. et vindictam pauperuz. spiritu cōfundendo eorū oppressores. Sic iudicabitur pro iustis contra iniustos. Ieruntū iusti. q liberati sūt et de inimicis vindicati nō sibi attribuent: sed tibi domine vnde. confitebuntur. laudando et exaltādo: et gratias agendo. nomini tuo q habitabūt. perpetualiter. recti in p̄ sentia tua. inexplicabili eterne visionis gaudio perfruentes.

Psalmus. cxl. In quo docetur iustus in suis afflictionibus ad dominum clamare.

Prophēta in persona iusti malis circūdati ait.

Domine clamaui ad te. et clamabo. et cū clamauero ad te exaudi me: q intende voci deprecationis mee. petitionem meā adimplendo.

Oratio mea. sit a te exaudita q accepta tibi. sicut incēsum. quod tibi offerebatur in odorē suauitatis. et operatio mea bona. placeat tibi. sicut sacrificiū. quod tibi in in veteri lege offerebatur. in vespere. quod tibi inter oīa plus placebat in figura sacrificij quod immolādo seipsū ad vesperā tibi obtulit dominus noster ihesus cristus.

Ecce domine clamabo et inter alia. Pone domine custodiam ori meo. vt nō peccem stulta et incongrua et ociosa loquendo: sed omne quod loquar sit sanctum q digniuz deo. et hostiuz pone cōtinentie omnibus sensibus. vt muniatur tota mea domus: q nō habeat aduersarius vnde ingrediatur et dominetur. Etsi cōtingat me peccasse aliquod loquēdo non loquēdum: precor. Non permittas cor meū iclinari i verba malicie. vt pertinaciter

UVA. BHSC. IyR_052

ꝛ superbe defendē peccata mea⌊excusationibus falsis⌋si/
cut solēt imprudentes facere qui fortune aut necessitati
nature aut tēporis qualitati aut societati mala sua impu
tant cū tamen in potestate nostra sit peccare vel nō pec/
care. Et si hoc feceris. Non ero vnus de illis q̄ excu
sant sua peccata⌋ꝛ non tantū cū minoribus sed etiaꝫ⌊nō
cōmunicabo cum electis eorū⌋.s.cū potentioribus ꝛ ma
joribus vt per eorū consortiū excuseꝫ peccata mea sicut
ipsi faciunt. Non cōmunicabo cum istis malis preten
dentes excusationes in peccatis sed recipiam libenter cor
tectionē.si Corripiet me justus in misericordia ꝛ incre/
pabit me:oleum aūt peccatoris⌋s.falsa laus simulata di
lectio adulatoris non delectabit mentē meaꝫ. Et vere
sic erit. Quoniam adhuc⌋futurū est ꝙ⌊oratio mea⌋qua
oro deum vt conuertantur⌊placebit eis⌋cum auertentur
a peccatis ꝛ incipient timere judiciū dei ꝛ si sūt q̄ contra
dicant vt eorum doctores ꝛ heretici non est curādū⌊quo/
niam juncti siue comparati⌋doctrine cristi⌊absorbentur⌋
ꝛ vincuntur ꝛ in sua vanitate deficiūt q̄a ꝛ si videantur
aliquid dicere:tamē nichil sūt dicta eoruꝫ stulta enim est
sapientia eoruꝫ. Quid ergo de eis erit dicit. Audient
verba mea quoniam fuerūt verba potentia⌋ad penetran
dum corda ꝛ vera ꝛ honesta. Unde q̄ ad me venerūt:ver
bis meis vincti sūt ꝛ delectati sūt in eis ꝛ cōuersi sūt ad
me prosūt eis verba mea:prosūt etiā mors mea ꝛ sācto/
rū q̄a sicut cū crassitudo terre erepta est super terraꝫ.i.
cū fumus ejus est despersus sup̄ cāpos facit ipsos fructi/
ficare sic cruore meo ꝛ sāctorū martirū fecūdatus ē mū/
dus. Unde seq̄tur. Dissipata sūt ossa⌋martirū meorum
sed ex dissipatione ossiū eorū sūma vtilitas venit mundo
vnde tātū inde mūdus accepit pinguedinis vt inde seges
ecclesie latius pullularet hec est mors sāctorū q̄ cōtēpti/
bilis est seculo sed p̄ciosa agricole q̄ nouit ibi vtilitatē ꝛ
vberē siccū vnde creuit ecclesia. Dissipata sunt dico ossa
martirū⌊secus infernū⌋.i.ad modū rorū qui reputātur
digni inferno:sed⌊quia ad te domine dn̄e oculi mei⌋sūt

UVA. BHSC. IyR_052

directi sicut ad protectionē meā: ꝙ quia [in te speraui nō permittas animam meam separari] a conspectu gratie tue quicquid sit de corpore. Non auferas animā meā dico sed potius. [Custodi me a laqueo] deceptionis [quem statuerūt michi] spūs maligni [ꝙ a manifestis perturba/ tionibus] inquietorū hominū [operantium iniquitatez]. [De quidē tua gratia custodies: peccatores aūt ruētes de vicio in viciū. Cadēt in retiaculū demonis siue inquitatis: ego aūt cū talibus non ambulo] nec associor in aliquo [donec trāseā de presenti vita ad reḡem beatorū.

Psalmus. cxlj. in quo monet nos ad orandū pro malis presentis vite.

Vox cristi ex parte assumpte humanitatis.

v [Voce mea] interiori nō strepitu labiorū [ad dominū] patrē [clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum] assidue ad cū orans. Et adhuc. Effundo copiose in cōspectu ejus orationē meam [lacrimis plenā ꝙ tribulationē meam ante ipsuz pronuncio] In tanta angustia sū. ꝙ Defecit in me spūs meus] ꝙ tamen tu pater [nosti omnes semitas]. i. omnes operationes [meas] interiones ꝙ exteriores. In via hac] presentis vite [qua ambulabam abscōderūt aduersarij su perbi laqueū michi]. i. latēter' mortez. Ipsi quesierūt michi mortē inferre ꝙ ego cū essem captus. Confiderabā ad potiorem partē]. s. discipulorū qui relicto me fugerūt [ꝙ non erat] qui cognosceret me esse deum in carne tectum cum prius dixisset petrus in persona omnium discipuloruz tu es cristus filius dei viui. Perijt a me fuga] ego non fugi sed potius permisi me in mortē dari pro liberatione aliorum [ꝙ non est inuētus aliquis qui requirat vitam meam] ad saluandum eaz. Et ideo. [Clamaui ad te domine] pater [dixi tu es spes mea] spem meā in te posui cui etiam morti approximās propriam animaz cōmendaui [portio mea] pars mea] in terra viuētium].

UVA. BHSC. IyR_052

O dñe in qué spero. Intéde ad deprecationé meã quia valde afflictus sũ|ab impijs me perdere querétibus. Sic q̃dem intende. Libera me a persequétibus me|q opus é |quoniam cõfortati sũt|te permittéte intãtũ|super me| vt manus michi in ijcerent q cruce suspéderent. Li/bera me.q Educ me de inferno|vbi anime fideliũ a dya bolo detinétur q custodiũtur:non patiaris|animã meaz| in claustris infernalibus detineri vt de mea liberatione |laudetur nomé tuũ a me|q ab alijs liberatis p me q ne/cesse est vt educas quoniã|me epectant justi|liberatorem suũ|donec rettribuas michi|suscitãndo tercia die glorias resurrectionis q̃ esse debet abjecte passionis rettributio.

Psalmus. cxlij. in quo monet
ad penitentiam q orationem.
Prophetа in persona cujuslibet penitétis.

O Omine exaudi orationé meã auribus|clemé/
tie tue|percipe deprecationé meaz in veritate tua q justicia exaudi me|qua penitétibus q se/accusantibus indulges. Exaudi dico. Et nõ intres in judiciuz cum seruo tuo vt|secundũ merita me judices:ego misericordia indigeo ego fugitiuus ad te re/deo:pacem quero:non ergo intres mecum in judicium quia nec ego volo intrare tecum|quia|in tui comparati one|nullus viuentium aut homo aut angelus justificabi tur|quia solus es in quo peccatũ cadere nõ potest in cu/jus conspectu etiam astra non sunt munda. Precor vt nõ intres in judicium cũ seruo tuo. Quia inimicus me us|.i.dyabolus|persecutus est aiaz.meã q depressit vitã meam|vt terrenis inheream. Conatus est etiã iimicus meus q̃tũ in se est. Collocare me in tenebris|peccatorũ sicut ceteros desperatos|q anxiatus est spũs meus|vi/dens vicinitatem periculi|q turbatuz est cor meũ|q̃a ex me nesciebam quomodo de hac captiuitate possem exire

UVA. BHSC. IyR_052

In tantis aũt tribulationibus deprehẽsus ad hoc reme
diũ me contuli. Memor fui dierũ antiquorũ ⁊ in quibus
alijs penitẽtibus misericordiam exhibuisti ⁊ meditatus in
omnibus operibus tuis ⁊ vt in eis aliquã michi paratem
consolationẽ ⁊ in factis manuũ tuarũ ⁊ que misericordi/
ter fecisti que meditatio ad spei erexit fiduciã vt presu/
meré potius de tua pietate cõfidere q̃ de meis iniquita/
bus desperare. Et non tantũ meditabor. sed etiam cũ
exhibitione bonorũ operũ Manus meas ad te in oratio
ne leuaui ⁊ sicut terra sine aq̃ desiderat ⁊rrigari ⁊ vt fruc
tũ faciat ⁊ sic aia mea desiderat ad te deũ suũ ⁊ Peto Ve
lociter exaudi me ⁊ q debes facere nõ differas q̃a ⁊ prope de
fectũ est spũs meus ⁊ q miserere mei. Domine exaudi
me in hoc. s. vt Non auertas faciẽ tuam a me ⁊ tanq̃ of
fensus a me quia si auertis ⁊ similis ero descẽdentibus in
lacũ inferni ⁊. Non auertas faciẽ tuam dico sed potius
Auditã fac michi velociter ⁊ sine tardatione ⁊ misericordi
am tuam quia in te speraui ⁊ non in alio. Et Notam
fac michi viam in qua ambulẽ ⁊ dux michi sit veritas tua
⁊ gressus mei tua gratia dirigantur ⁊ quia ⁊ ad te fontẽ pi
etatis ⁊ leuaui omnẽ confidẽtiaz anime mee ⁊ Et ne in
pediar a via Eripe me de inimicis meis ⁊ dyabolo ⁊ mẽ/
bris eius ⁊ hac fiducia peto quia ad portum pietatis tue
⁊ me contuli fugiẽs. doce me ⁊ tanq̃ ignarũ tanq̃ imperi
tum ⁊ nichil de sua virtute presumentẽ ⁊ facere volunta/
tem tuam ⁊ q debes ⁊ quia deus meus es tu ⁊ cuius volũta
tem debeo sequi in omnibus. Doce me dico quod vti
q̃ facies. q̃a Spiritus tuus bonus deducet me ⁊ p semitã
iusticie ⁊ in terrã rectã ⁊ i. viuẽtiũ quã soli recti possidebunt
⁊ propter nomẽ tuũ ⁊ nõ propter merita mea ⁊ viuificabis
me ⁊ vita gratie p cuius virtutẽ veniã ad vitã glorie ⁊ in
eq̃tate tua viuifica me ⁊ q̃ est bonitatis tue condecentia:
q̃a exigit equitas tua vt viuifices illũ q̃ se tibi humiliat
Viuificabis me. ⁊ Deduces de tribulatione ⁊ hujus se
culi aiam meã ⁊ quando me de isto carcere exire jusseris

UVA. BHSC. IyR_052

vt in te sit quieta ⁊ leta ⌊⁊ in misericordia tua⌋ nō i meri to meo ⌊disperdes inimicos meos⌋ dyabolū ⁊ ejus sequa/ ces. Et hanc pietatez michi indulge non quia justus sed ⌊quia seruus tuus sum ego⌋.

Psalmus. cxliij. in quo monet ad gratiarū actionem pro victoria.

Propheta nō insolescēs de victoria sed humiliter gratias agens deo in persona sui ⁊ cujuslibet justi pugnātis ⁊ tri umphantis contra dyabolū ait.

b Enedictus dn̄s deus qui docet manus ad preli um⌋ quod de prope fit per me eni nesciuissē go liam preliari ⌊⁊ digitos meos ad belluz⌋ quod de longe siue a remotis fit. Uere benedictus deus meus. quoniam ipse est Misericordia mea⌋ quibus nō solum miseretur mei sed etiam me misericordē fecit ⌊refugiū⌋ a quo constantiam mea sumit infirmitas ⌊sus/ ceptor⌋ quia pugnāti michi prestat ne cadam ⌊liberator⌋ qui tribuit ne dimicans vulneret. Protector meus⌋ ne feriar ⌊in quo speraui⌋ i omnibus laboribus ⁊ prelijs me is ⌊q̄ subdit populū meū sub me⌋ vel populū meū. s. rebel lium cupiditatem ⁊ motū carnalium desideriorū legi mē tis mee per auxilium gratie tue subditum facit: vt ratio dominetur in regno anime. Propheta considerans ge/ nus humanū beneficijs dei indignum admirās ait. Do mine q̄d est homo⌋ ꝙ tanti pendis tāti existimas ⌊ꝙ inno tuisti ei⌋ i. ꝙ per assumptā humanitatē innotesceres diui nitatem qui per se vilissimus erat ⌊aut filius hominis⌋ quid est ⌊ꝙ reputas eum⌋. i. ꝙ eū tanti facis ⁊ tanti pre/ cij vt pro eo filiū tuū vnigenitū des. Ideo dico q̄d est homo. q̄a Homo similis vanitati factus est⌋ peccādo. i. alicui vane ⁊ cito trāsiture rei. factus dicit q̄a creatus fu it in perfectione ⁊ stabilitate: ⁊ jta similis veritati: sed vi olās obediētiam fecit seipsum vanum mortalem ⁊ tran sitorium vnde ⌊dies vite ejus sicut vmbra pretercunt⌋.

UVA. BHSC. IyR_052

℣ Dñe ex quo nō obstante ꝙ homo similis factus sit vanitati tua sapiētia disponit redimere eū: oué erabūdā que sanari nō potest nisi tuis humeris reportetur precor inclina altitudiné majestatis tue nō locuz mutādo descēde sed nostre humanitatis formam sumēdo: redimatur homo ꝙ nisi inclinata diuinitate fieri nō potest trāge mōtes .i. potētes q superbos hujus vite: gratiā tuā iterius infūdēdo q fumigabunt crebris suspirijs q lacrimis suorū peccatorū compūctione cōmoti. Tange mōtes q etiam. Fulgura corruscatione .i. ostēde tue virtutis potētiam crebris miraculis corruscādo q dissipabis seu dissolues cōspirationes eorū emitte per apostolos tuos sagittas tuas .i. verba tua q̄ corda hominū transfigūt q turbabis eos ad penitētiā. Deinde prophēta aduētum cristi precatur q ad patrē verbū conuertēs ait vt hec fiāt Emitte filiū tuū de sublimitate in qua est tecū: q induat carnē in qua visibilis appareat in mūdo q eripe de potestate dyaboli q libera me de aquis multis .i. de inundatione malorū q de potestate filiorū qui de aduerso patre dyabolo nati sūt. Ideo eripe me ab eis quoniā ipsi sūt. Quorū os locutū est superbiam jactant se habere scientiam: quorū tamē scientia vana est q opera eorū opera iniquitatis. Eripe dico quod si feceris. Deus cāticum nouū cantabo tibi .i. pro filij tuj icarnatione gratias agam: q in obseruatione decem preceptorum legis tibi deseruiam tibi psallam tibi gaudebo tibi cantabo.

Cantabo tibi etiam. Quia das salutem gratie regibus .i. fidelibus qui bene regūt seipsos: quia redemisti dauid seruū tuuz de gladio goliad maligno pessimo ydolatra de potestate dyaboli eripe me Et erue me de manu filiorū alienorū qui filij ecclesie nō sūt quorū os locutū est vanitatem .s. ꝙ in terrenis cōsisteret nostra beatitudo q opera eorū. opera iniquitatis Prophēta ea in q̄bus mali felicitatē ponunt enumerans ait. Quorū filij incolumes sūt sicut noue plātatiōes i juuētute sua

UVA. BHSC. IyR_052

Filie eorũ composite ⁊ ornate⌋ i capite ⁊ in corpore auro ⁊ sericis⌊sicut ornatur tẽplum⌋ Promptuaria⌋ ⁊ cellaria⌊eorũ⌋ vbi reponũtur victualia⌊plena⌋ grano vino ⁊ oleo ⁊ hujusmodi⌊supereffũdẽtia ex hoc in illud⌋. Oues eorũ fetose⌋ plene fetibus⌊habũdantes in egressibus suis boues eorũ crasse⌋. Non est ruina⌋ nõ dico in muris ciuitatis sed nec⌊sepis⌋ non⌊est transitus nec egressus⌋ vnde possint fugere qui detinẽtur captiui: nõ est tumultus nõ vllulatus⌊nõ clamor i plateis eorũ⌋ sed q̃es ⁊ pax. Qui nesciẽtes ⁊ cupiditate terrenorũ excecati. Beatũ dixerunt populũ cui hec sũt⌋ putãtes in huiusmodi tẽporalibus bonis cõsistere felicitatem nostram sed jsti grauiter errãt quoniam ille solus⌊populus beatus est cujus ẽ dominus deus ejus⌋ beatitudo sua ⁊ eterna felicitas.

Psalmus. cxliiij. in quo monet ad laudẽ dej.
Propheta in persona ecclesie laudem premittẽs deo ait.

Exaltabo te deus meus rex⌊ confitẽdo ⁊ predicando alijs dignitatẽ tuã⌊ ⁊ benedicam nomini tuo⌋ bñdictione laudis ⁊ gratiarũ actionis⌊ i seculum ⌋. s. hic⌊ ⁊ in seculum⌋ s. ineternuz qui eni hic nõ incipit te laudare in futuro mutus erit. Benedicam dico hic in vita mea nõ semel. sed Per singulos dies bñdicã tibi⌋ q̃a singulis horis tuis bñficijs viuimus⌊ ⁊ laudabo nomẽ tuũ in seculũ seculi⌋ icessanter tibi gratias agẽdo. Merito laudandus est deus. q̃a Magnus dñs⌋ magnus in essentia: magnus i virtute: magnus in potẽtia⌊ ⁊ laudabilis valde⌋ in operibus suis: ⁊ in beneficijs q̃ cõfert suis fidelibus⌊ quia magnitudinis ejus nõ est finjs⌋ est eni incomprehensibilis cogitatione. vnde q̃a magnus est sine fine: laudabilis est sine fine. Non solum ego laudabo. sed omnis Generatio laudabit opera tua⌋ vtpote altitudinem celi: profunditatem abissi: stellarum multitudinẽ: terre latitudinẽ refluxuz aquarũ ĩpetũ vẽtorũ; sapiẽtiã hominũ: simplicitatẽ angelorũ⌊ ⁊ potẽtiã

UVA. BHSC. IyR_052

tuam pronunciabunt] dicétes ꝙ magna potétia dei solius Magnificétiã glorie tue] ministri eloquiorũ tuorum] loquétur] predicando ꝙ laudando ꝙ magnificentiam sancti tatis tue etiam loquétur dicétes: nó est sanctus vt est dominus] ꝙ mirabilia] q̃ super naturã operaris] narrabũt] dicentes: mirabilia opera altissimi solius. Ceterum. Virtutem terribiliũ judiciorũ tuorũ] metuéndorum quibus impios punis] dicét ꝙ magnitudiné tuam] cujus nó est finis] narrabũt] narrabũt aũt cũ talé esse laudabunt.

Preterea. Memoriã habũdãtie suauitatis tue] qua vocasti eos ad tuam gratiam deuoto corde] proferét ꝙ narrabunt: ꝙ iusticia] vel quã eis infundis ad justificationé vel qua secundũ merita eis tribuis beatitudinis gloriaz] exultabũt] Laudabũt sãctitaté ꝙ potétiã dei ꝙ dignũ est. ꝗa Miserator est] actu misericordiã exhibẽdo] ꝙ misericors] natura in seipso a quo fluit miseratio] patiés] expectando tollerando peccatores vt conuertãtur] ꝙ multũ misericors] peccata ꝙtũcunq; magna ꝙtũcũq; multa cõdonando vere penitétibus: multũ misericors est largiendo tam ineffabilez mercedé suis fidelibus. Misericors dico imo generaliter. Suauis est dñs vniuersis] ꝗa omnibus creaturis dat esse: quod est desideratissimũ secũdũ se vniuersa suauiter disponit: suauis maxime bonis gustantibus ꝙ suauis est dñs] ꝙ miserationes eius super oia bona ejus] diffusio eni bonitatis ejus super omné spargitur creature vultũ: faciens solem suum oriri super bonos ꝙ malos: vnde quicquid creauit propria miseratione gubernat ꝙ regit. Ergo. Laudent te domine] omnja opera secundum modum suum per se: si sunt creature rationales: si ratione carent: sua vtilitate sua pulchritudine dando materiam laudis laudantibus te] ꝙ sancti tui] .s. ꝙ homines ꝙ angeli] tuam laudem concelebrent]

Laudét te dico. Dicentes ꝙ predicantes gloriaz regni tui] .s. ꝙ notanter ꝙ sapiéter ꝙ ꝙ mirabiliter ꝗcquid facis in regno tuo: ꝙ disponis] ꝙ potentiam tuam] que magna est qua regis ꝙ ordinas superiora ꝙ inferiora ꝙ

UVA. BHSC. IyR_052

omnia in eis cõtẽta[loquentur] Loquẽtur dico ad hõc vtiq; Vt notam faciant filijs hominũ potentiam tuã] ne per ignorantiã minus te timeant vel diligãt serui tui [et gloriam magnificentie regni tui]quod.i. q̃ glorioſũ et magnificus eſt regnum tuum. De cuius regni magnitudine et ſtabilitate ait. Regnũ tuum regnũ omniũ ſeculorũ]quia regni tui non erit finis. omnia enim ſecula regni tui dominatione voluuntur[et dominatio tua in omni generatione et generationem]quia poteſtas tua poteſtas eterna et regnum tuum quod nõ corrumpetur.

Et ipſe dominus eſt laudãdus quia. Fidelis eſt in omnibus verbis ſuis]omnia enim que per prophetas locutus eſt adimpleuit. et quicquid promiſit dedit[et ſãctus] i. irreprehenſibilis[in omnibus operibus]licet videatur a ſtultis quedam iniuſte diſponere. Certe dominus ſanctus eſt in operibus ſuis. quia Alleuat omnes qui corruunt]in peccatum et alleuari deſiderãt ne in eterna ruina mergãtur[et erigit omnes eliſos]ſanando eos leſos ſi penitere velint. hic enim eſt ſamaritanus qui alligauit vulnera ſauciati. Quia eniz tu domine es qui alleuas corruentes et erigis eliſos. Oculi omnium in te ſperant et tu das eſcam illorum]ſiue ſpiritualem ſiue corporalez nõ tamen ſemper quãdo petitur: ſed quando tu ſapiens medicus cognoueris eſſe[tempus oportunũ] Das eſcam dico et liberaliter. quoniã Aperis manum benignitatis tue large]diſpenſando beneficia tua[et imples omne animal[capax benedictionis[benedictione]cõuenienti: ex tua enim largitate eſt quicquid benedictionis aſſequitur anima vniuſcuiuſq; fidelis. Conſequenter prophetа laudans deum de iuſticia ait. Juſtus eſt etiã dominus]i. nõ ſolum liberalis eſt in prouidendo. ſed etiam iuſtus in diſponẽdo: iuſtus eſt in omnibus diſpoſitionibus et volũtatibus ſuis cum ipſe ſit regula iuſticie et veritatis[et ſanctus]nõ ſolum in ſe: ſed etiaz vult q̃ nos qui ſumus opera eius ſãcti efficiamur dicẽs. ſancti eſtote quoniã ego ſanctus ſum. Bene apparet q̃ dominus et iuſtus et ſãctus

UVA. BHSC. IyR_052

sit. quoniã Prope est propicius est omnibus inuocanti bus eum in veritate. Inuocare deuz in veritate est pia ꝛ immaculata intẽtione causa salutis aĩe ad dñm clamare. Et vere prope est dominus. quia Voluntatẽ timẽtium se timore filiali qui est annexus caritati faciet. i. cõple bit ꝛ si illi taceant et deprecationẽ eoruz si sit pia ꝛ pro se et perseuerans exaudiet et saluos faciet eterna salute in nouissimo. Ostendẽs quomodo sit iustus deus in bo nos et in malos ait. Custodit dominus omnes diligẽtes se tanq̃ grana in horreo: et gemmas in auro cuinsmodi sunt hij qui dilectionẽ dei mũdanis dilectionibus pretule runt et omnes peccatores disperdet qui amori dei obsti nata voluntate seculi amorez anteponũt. Et quia om nia ita se habent. Laudationẽ domini loquetur os meũ euidenter predicando et cãtando ꝛ exemplo meo benedi/ cat omnis caro. i. omẽs fideles: domini et serui: pueri ꝛ senes: omẽs quidẽ laudare: benedicere: extollere: atq; pre/ dicare debemus. per quẽ viuimus: per quem alimur ac sumus nomini sancto eius et hoc in presẽti et in futuro

Psalmus. cxlv. In quo monet ad laudem dei. Vir iustus exortãs se ad laudandũ deum ait.

Lauda anima mea dominuz cui anima respõ dẽs ait laudabo dominũ in vita mea hic quẽ admodũ potero. s. tenuiter et exiliter: quia pec catis p̃mor sed pfecte laudabo eũ cũ ei perfecte inhesero in. vita eterna que ẽ. vera vita ꝛ psallã deo meo operando omnia ad honorẽ eius q̃diu fuero Et quia laudari. bene deo nõ potest nisi ponendo spem in ipso solo ait. Nolite confidere in principibus spem ponẽdo in eis quanq̃ sint potentes: nolite confidere in imperatore: nõ in regibus: nõ in perfectis: nõ in iudicibus seculi nec in fi lijs hominum qui amare temporalia suadent: qui. seip/ sos saluare nõ possunt nec alios. Benedico q̃ in nullo talium est salus. quoniã, Exibit spiritus eius de corpore

UVA. BHSC. IyR_052

ſuo cito vel ſubito quãdo non vult vel ſcit quo ſpũ exe/
unte corpus ⁊reuertetur in terrã ſuam⁊ vnde cepit origi/
nez⁊in die illa mortis ſue peribũt omnes cogitationes⁊q̃
in diuerſos ambitus ſeculi ſe extendebãt. Prophęta có
ſequẽter oſtendens de quo ſit principaliter cõfidendũ ait.
¶Beatus cuius deus⁊qué coluit⁊iacob eſt adiutor eius ⁊
ſpes eius⁊nõ in principibus: nõ in filijs hominũ:non in
diuitijs ſeculi:ſed⁊in domino fuit qui fecit celũ et terraz
⁊ omnia que in eis ſunt⁊ ¶Et probãs q̃ in ſolo deo ſit
confidẽduz:inducit q̃ deus ſit iuſtus dicẽs ipſe eſt:¶Qui
cuſtodit veritatem ineternũ⁊non eniz mentiri poteſtitez
ipſe⁊facit iudicium iuſtũ iniuriã patientibus⁊eos de iniu
riantibus vindicando ipſe etiã⁊dat eſcam⁊vtrãq̃ corpora
lem et ſpiritualez⁊eſurientibus⁊ſupplẽdo defectũ eorum.
Ipſe ſoluit⁊etiã per gratiam⁊cõpeditos⁊peccatoruz vin
culis aſtrictos⁊et dominus illuminat cecos⁊ i.luce ſue ſa
pientie ex inſipientibus facit ſapiẽtes. Ipſe etiã.¶Do
minus erigit eliſos⁊ſiue claudos:quos eniz diabolus eli/
dit:dominus erigit⁊dominus diligit iuſtos⁊quos locat in
eterna beatitudine. Ipſe etiã.¶Dominus cuſtodit ad/
uenas⁊extra terrã natiuitatis eorũ exiſtentes⁊ et pupillũ
⁊ uiduã⁊humano deſtitutos auxilio⁊ſuſcipiet⁊ſub ſua cu
ra ſpeciali: vt ſperent in deũ: et etiam qui habẽt terrena
et nõ in eis confidũt pupilli ⁊ vidue dei ſunt⁊⁊ vias⁊ .i.
proceſſus⁊iniquorũ⁊perſequẽtium has perſonas impotẽ
tes dominus⁊diſperdet⁊. ¶Tanta eſt dei potẽtia ⁊ iuſti
cia.o ſyon:o eccleſia.¶Dominus⁊qué reuereris:deus in
qué credis:tuus qué diligis⁊regnabit⁊ nõ ad modum ſi/
cut reges mũdani ſed ineternum.

Pſalmus.cxlvi. In quo monet
ad laudandũ deum.

Propheta excitans ad dei laudem ait.

¶Audate dominum quoniam bonũ eſt pſallere
ad gloriã et honorẽ maieſtatis eius pſalmodia

UVA. BHSC. IyR_052

enim de laude dei dicitur bona q̃a ⌊dulcedinẽ habet anne/
xam ⁊ meretur vitã eternam laudatio autez exhibenda
deo debet esse jocũda⌋ ex deuotiote cuz facta debet esse⌊de
cora⌋ vite moribus speciosa q̃ non est in ore peccatorum
qui bone cantilene malis obstrepũt moribus. Laudã
dus est vere. Dñs⌋ quia⌊est edificans jherusalez celestẽ⌋
quam de viuis lapidibus exstruit edificat autẽ sic q̃a⌊dis
persos fideles⌋ per orbẽ congregabit in vna fide spe ⁊ ca/
ritate vt de illis edificiũ celeste formetur. Ipse etiam
est. Qui sanat contritos corde⌋ offerentes deo sacrifi/
cium cordis contribulati cõdonãdo eis peccata⌊⁊ alligat
apponẽdo sacramẽta ⌊vulnera eorũ⌋ qui. s. faciunt penitẽ
tiam donec consolidetur quod fractum erat. Ipse etiã
est. Qui multitudinẽ stellarũ in certo numero posuit⌋ ⁊
omnes virtutes earum⌊⁊ nomina nouit⌋ Quid plura.
Magnus dominus noster ⁊ magna virtus ejus ⁊ sapiẽ/
tie eius nõ est numerus⌋ quia infinita ⁊ incomprehensibi
lis. Ipse etiam est. Suscipiens⌋ in gloria⌊mansuetos
humilians autem peccatores superbos⌋ cõtrarios mãsue
tis⌊vsq̃ ad terram⌋ mãsuetudo enim ad celũ vocat: sup/
bia in terram detrahit angeli superbi in terram currunt
homines humiles ad celum vadũt Quia dominus mã
suetos in gloria suscipit. Precinite domino⌋ in cõfessio
ne laudis⌊psallite deo nostro⌋ voce et bonorũ operum cõ
sonantia. Et memorãs propheta opera per que pote/
stas dei ostenditur dicit. Ipse est. Qui operit celum nu
bibus ad hoc ꝙ paret terre pluuiã⌋ vt fecũdetur ad terre
nascentium productionem. Qui producit in montibus
fenum et herbam seruituti hominum⌋ Qui dat iumen/
tis escam ipsorum et pullis coruorum clamantibus⌋ q̃a
a parentibus anteq̃ nigrescant nihil nutrimẽti recipiunt
tribuit vnde alantur. s. rorem celi. Mansuetos autez
diligit sed. In equitibus⌋ cõfidentibus⌊ de sua fortitudi/
ne⌋ magisq̃ de deo⌊ nõ erit beneplacitum ei nec in pedi
tibus⌋ cõfidẽtibus de robore suo magisq̃ de deo: est bene
placitũ ei: quia huiusmodi homines superbi et fatui au/

UVA. BHSC. IyR_052

daces sũt quos deus odio habet. Beneplacitũ autem est domino super timẽtes eum ⌋ quia per timorem peccatuz expellitur: quod deo displicet ⌊ et in eis qui sperãt sup̃ misericordia eius ⌋ quia timor nõ valet sine spe venie.

Psalmus. cxlvij. In quo monet ad laudem dei. Propheta exhortans iherusalem. i. sanctam ecclesiam ad laudandũ deum ait.

l Auda iherusalez ⌋ celestis iam secura ⌊ dominũ lauda deum tuũ syon ⌋ . i. sancta ecclesia que p̃ fidem deum specularis in via. Lauda dico iherusalẽ dñz secure. Quoniã cõfortauit ⌋ siue confirmauit ⌊ seras portarum tuarũ ⌋ . i. vndiq̃ te sua protectione muniuit: clausa enim est ianua: quia nemo exit: vnde doleas: nemo intrat: quẽ timeas: non exit inde amicus: nõ intrat illuc alienus: sicut nunc in vita presenti fit vnde sunt scandala ⌊ et benedixit filijs tuis ⌋ quos olim peperisti omnimoda benedictione: quia iam quiescũt ⌊ in te ⌋ non foris peregrinãtur Benedixit ille. Qui posuit fines tuos pacem ⌋ vt ex nulla parte possis cõcuti aut turbari: et quicquid intus est pace fruitur: et in pace illa est saturitas et nulla indigẽtia ⌊ quia satiat te ⌋ plenissime ⌊ ex adipe frumẽti ⌋ i. diuinitate cristi. Ipse. ẽ. Qui emittit verbum suum ⌋ in carnem: et verbũ caro factum est ⁊ habitauit in nobis ⌊ velociter currit ⌋ . i. diffunditur per totũ mundum ⌊ sermo ⌋ predicationis ⌊ eius ⌋ et tanta velocitate vt in breui tempore impleuerit mũdum veritatis cognitione. Propheta loquẽs de beneficijs que cõtulit nobis aduẽtus cristi circa cõuersionem peccatorum ait. Qui ⌋ s. sermo cristi ⌊ dat niuem ⌋ . i. peccatorem frigidũ et fragilem ⌊ sicut lauam ⌋ vt inde fiat vestis calida ⁊ pulchra per gratiam: quasi diceret: peccatores de frigiditate culpe: cõuertit ad calorem gratie et decorẽ. Item sermo dei ⌊ nebulam ⌋ . i. caliginem peccati ⌊ spargit ⌋ tollit et dissipat p̃ humilitatem penitentie que significatur per timorẽ. Itẽ

UVA. BHSC. IyR_052

Mittit cristallū suam]. i. induratos q obstinatos in pec catis: quos quidem predestinauit qui nō facile vt nix sol uuntur [mittit vt frustra panis] i. tales fecit vt pascant alios verbo dei et predicēt veritatem: quā prius ante con uersionē impugnabāt. sicut de paulo patet mirabilis pro fecto artifex: qui de niue facit lanā: de nebula cinerem: de cristallo panē. lana calefacit frigidū: cinis lauat sordidus panis reficit famelicū: sic gratia peccatorem. et sequitur [ante facié frigoris eius quis sustinebit] . i. nisi deus sol/ uerit cristallū sicut niuem. i. hominem induratū in pec/ catis. quis poterit sustinere penitentiā frigoris viciorus q obstinationis eius quasi diceret nullus. Etsi nullus possit sustinere ante faciem frigoris: non tamen est despe randum. quia Emittet deus pater verbū filiū] suū incar ne et verbo euāgelice predicationis liquefaciet et mol/ liet obdurata corda peccatorū. Et flante] spiritu sācto su per impios feruor caritatis intantū corda populorū accē det vt recordatione preteritorum criminū [ex eorus ocu lis erumpāt flumina lacrimarum. Flauit spiritus eius inꝯ. Qui annūciat renelationem de cristo de tribu iuda] nascituro populo israelitico de quo p iacob erat na/ scituras q legem q iudicia sua populo israhel. Non fecit taliter omni nationi] sicut populo israhel de quo carnem assumpsit cui prophetas dedit cui per seipsū verbū annun ciauit: de quo principales apostolos elegit [et iudicia sua manifestauit eis] quod nō fecit alijs.

Psalmus. cxlviij. In quo monet ad laudē dei.

Propheta ortans omnes creaturas ad laudē incipit a superioribus dicēs.

1 Laudate dominū creature celestes laudate eus qui estis i excelsis] throni: dominationes: pote states: cherubin: et seraphin. Laudate eum omnes angeli eius] . i. vosipsi quos ipse mit/ tit ad legationes suas in mundum [et vos omnes angeli

UVA. BHSC. IyR_052

nominati virtutes ⌊per quos dominus fecit mirabiles ef
fectus qui in admirationem diuine poteſtatis et laudem
eius inducũt homines nó ideo propheta inuitat angelos
ad laudez dei ꝙ aliquãdo ceſſent: vel ꝙ eo monẽte magis
laudent: ſed ſic ammonendo oſtendit affectum ſuum. ſ. ꝙ
ſibi eſt grata laus eorum. Conſequẽter mouẽs ad laudẽ
celeſtes creaturas corporeas ait. Laudate eum ſol ⁊ luna
laudate omnes ſtelle ⁊ omnia lucẽtia in celo ⌋ que eo dicũ
tur laudare deum: quia ex ſua pulchritudine ⁊ virtute in
ducuntur homines ad laudãdum deũ. Laudate eũ celi ce
lorum ⌋ .i. celum empireũ quod eſt ſuper omnes celos di/
citur autẽ in plurali celi propter diuerſas mãſiones que i
eo eſſe dicuntur, iuxta illud in domo patris mei mãſiões
multe ſunt ⌊⁊ aque que ſuper celos ſũt ⌋ i. celũ criſtallinum
quod dicitur aqueũ propter ſimilitudinẽ cũ aqua in dia/
phanitate ⌊laudent nomen domini ⌋ .i. materia ſit nobis
laudandi deum. Laudate dico tum primo. Quia ver/
bo domini omnia cõſtant que creata ſunt in celo ⁊ in ter
ra ⌋ ⁊ quia inter velle ſuum ⁊ facere nichil diſtat ait ⌊quia
ipſe dixit ⌋ i. verbũ genuit: et per ipſũ ⌊facta ſunt ipſe mã
dauit ⌋ verbo ſuo ⌊⁊ creata ſunt. Item dico laudare eum
que dicta ſunt. quia Statuit ea ⌋ permanſura ⌊in eternum ⌋
quo ad ſubſtantiam licet mutabuntur quo ad qualitates
⌊quibus ſtatuit ⌋ curſũ ſiue motus ⁊ influentias ⁊ nunꝯ
preteribũt ordiné eis impoſitũ ⌋ Et inuitãs ad laudem
dei creaturas inferiores incipiés a creaturis irrationabi
libus ait. Laudate dominũ vos creature que eſtis de ter
ra dracones ⌋ ⁊ oia genera monſtrorum animaliũ ⌊⁊ abiſ/
ſi ⌋ i. profũditates aquarũ latentiũ ⁊ maria omnia. Lau
date ignis grando nix glacies ⁊ venti ⌋ concitãtes procel/
las in mari que omnia faciunt illud ad quod ex diuina di
ſpoſitione ſũt ordinata. Laudate montes et omnes col/
les ligna fructifera ⁊ omnes cedri. Laudate beſtie ⁊ vni
uerſa pecora ſerpẽtes volucres ⁊ omnia volatilia ⌋ per ae
rem. Et inuitãs propheta creaturas rationales ad lau/
dandum: incipiés a maioribus ait. Laudate reges terre

UVA. BHSC. IyR_052

dominū ꝙ omēs populi] sicut consules: principes [ꝙ omēs iudices terre. Iuuenes ꝙ virgines: senes cū iunioribus laudent nomē domini: quia exaltatum est nomen eius] omnis potestas: omnis etas: omnis sexus laudent nomē domini nostri saluatoris cui pater dedit nomē quod ē super omne nomē. Quid per singula. Cōfessio laudis dei est super celū ꝙ terrā] quia omnes creature tam celestes ꝙ terrestres debēt cum laudare: est etiā super eas ꝗa maior est ꝙ superior omni laude earū tum etiā laudandus ē [quia exaltauit deus pater cornu populi sui] .i. cristū populi sui redemptorē qui dicitur cornu: ꝗa superior est toto corpore per excellētiam: durior carne per iusticiā: mollior osse per misericordiā: exaltauit quidē in sua passione quia per eam mundū de captiuitate redemit exaltauit in resurrectione in qua eius corpus suerrexit glorioſū: exaltauit in ascensiōe: in qua tātus ascēdit ꝙ sedet ad dexterā patris. Impnus] i. laus cum cantico fiet deo [ab omnibus sāctis eius] perpetuo. sanctis dico. ſ [filijs israel] i. fidelibus cristianis: qui per illam fidē per quā abrahām placuit deo israhelite facti sunt. i. videntes deum filijs [israhel [populo] fide ꝙ caritate [appropinquāti sibi]

Psalmus. cxlix. In quo monet ad laudem dei. Prophēta exhortās fideles ad nouum cāticum ait.

c Cantate domino cāticū nouū] de operibus noviter factis in tempore gratie. ſ. ꝙ mater fuit virgo: ꝙ deus homo factus sit: ꝙ reparatus sit mundus per passionē filij eius. Item de nouis mandatis vt dilectione inimicorum: de nouis cōsilijs vt de abiectione tēporaliū: de nouis promissis: vt de adoptione celestiū bonorum [laus eius] .i. ei grata est [quoniā ecclesia catholica ꝙ a sanctis sit. Cantate dico in ecclesia. ꝙ Letetur populus cristianus] spe interiori cordis letitia [in eo qui fecit cū] in esse nature et in esse gratie [et ecclesie fidelium exultent in cristo rege suo] et sacerdote.

UVA. BHSC. IyR_052

Laudent nomẽ eius in choro] .i. in cõcordia morum et vnitate caritatis[i timpano]i. in mortificatiõe carnis[q psalterio psallant ei] .i. opere compleatur quod voce cantatur. Psallite q cantate. Quia beneplacitũ est domino in populo suo]beneplacitũ est cum conuertit auersum cum iuuat pugnanté:coronat vincétem[et exaltabit mãsuetos in saluté]eternam. Unde sequitur. Exultabunt sancti in gloria]quia facta resurrectione:nõ tantuz in aia sed etiã i corpore erũt glorioſi:q quia tũc adimpletus erit omnis appetitus eorum[letabũtur in cõscientijs suis siue in celestibus mãsionibus]distributis eis secũduz gradus beatitudinis eorũ. Exultabũt sãctidico hoc modo q̃a Exultationes] .i. laudes dei cum exultatione facte erunt [in corde eorum]q linguis de omnibus profectibus suis attribuẽtes ei quic quidboni gloriq honoris habẽt de perfectis viris subdit[gladij scindentes ex vtraq̃ parte] i. potestas iudicãdi de malis de quibus capietur vindicta[in manibus eorũ] Ad quid erũt gladij in manibus eorũ Ad faciẽdam vindictã in natiõibus] .s. in illis qui legem nõ habuerũt[q increpationes in populis]in illis qui male lege vsi sũt. Et Adalligãdum reges eorũ]reges terre impios[i cõpedibus]in eternis penis ex quibus nullomodo potuerũt se exsoluere[et nobiliores eorũ]de omnibus [in manicis ferreis]quia punientur manus eorũ quibus i preſẽti vita malũ q iniusticias intulerũt. Quid singula enumerẽ ;ad hoc gladij sancti habebũt in manibus. Ut faciãt in regibus q populis iudicium]nõ quodcũq̃ sed[cõ scriptũ]i preſẽtia dei approbatũ ab ãgelis q i pluribus sacre scripture locis memoratũ[gloria hec omnibus sãctis eius]perfectis qui pro cristo omnia terrena reliquerũt. ecce quanta gloria q gaudiũ tũc erit quãdo pauperes qui hic erãt derisui habebũt potestatem iudicãdi i superbos.

Psalmus.cl. In quo monet ad laudez dei propter beneficiũ glorificationis.

Propheta inuitans ad laudãdũ deũ in sãctis iam in ce/

UVA. BHSC. IyR_052

lesti iherusalem receptis ait.

Laudate dñm in sãctis eius⌋.i.in consideratiõe sãctorũ quos ipse misericorditer iustificauit et mirabiliter remunerauit⌊laudate⌋etiã in consideratiõe⌊firmamẽti virtutis eius⌋.i.pro eo ꝙ mortez ipsã cũ auctore suo nequissimo potẽtie sue virtute vicit ⁊ credẽtes ad celũ perduxit. Laudate eum in virtutibus eius⌋.i.pro gloria angelicis virtutibus data qui sũt eius creatiõe quo ad naturã: ⁊ cõfirmatiõe quo ad gratiam⌊laudate dominũ secũdũ multitudinẽ magnitudinis eius⌋.i.secundũ gloriã magnã quã extendit ad multitudinẽ electorũ ex diuersis partibus mũdi vel laudantẽ deũ sine fine sicut magnitudinis eius nõ est finis. Propheta quomodo sit deus laudãdus ꝑ similitudines misticas ostẽdit dicẽs. Laudate eũ in sono tube laudate eũ in psalterio ⁊ cythara⌋tuba cõcrepet regi: psalteriũ canat deo: cythara cũ reliquis instrumẽtis canat sponso. laudate eum in sono tube: q̃a vos in bello vincere fecit cõterẽte dño sathan sub pedibus vestris: laudate eũ in psalterio: q̃a vos implere legẽ p̃stiterat: laudate in cythara: q̃a carnẽ vestrã viuificauit. Laudate eũ in tympano⌋ quia mortificatuz corpus vestrũ ĩmortalitati donauit⌊⁊ in choro⌋quia choris angelorũ vos assotiat⌊⁊ in cordis ⁊ organo⌋ quia ꝑ ciborũ abstinẽtiã retortis visceribus cõcupiscentie ⁊ vicijs carnalibus digni inuẽti estis regno dei ad cõcinẽdas diuinas laudes. Laudate eũ in cymbalis bene sonãtibus in cymbalis iubilatiõis⌋eo ꝙ corruptione carnis sanguisq; depulsa cõfirmati ad ymaginẽ saluatoris omni plenitudine spei cõpleta fulgetis sicut sol in regno dei ⁊ q̃a ista instrumẽta vult propheta spiritualiter intelligi: q̃a talia instrumẽta in celesti patria nõ habẽt locũ sed ad designãdũ magnitudinẽ diuine iocũditatis hic interponũtur concludens ait ⌊omnis spiritus⌋ siue angelicus sine humanus ⌊laudet dominum⌋ Amen. Laus deo.

Reuerendissimi cardinalis sancti Sixti Expositio breuis ⁊ vtilis super psalterio finit feliciter.

252

UVA. BHSC. IyR_052

UVA. BHSC. IyR_052

UVA. BHSC. IyR_052

UVA. BHSC. IyR_052

UVA. BHSC. IyR_052

JO. DE
Turrecrema
in Psalmos.

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 52

UVA. BHSC_IyR_052

TVRRE CREÍ IN PSALM

UVA. BHSC. IyR_052